



# **Incendia seu Pyrgopolinices : tragoedia recens nata, nephanda quorundam Papistici gregis exponens facinora.**

<https://hdl.handle.net/1874/420677>

920 - 12

INCENDIA

SEV PYRGOPOLINICES

TRAGOEDIA RECENS

*nata, nephanda quorundam Pa-*

*pistici gregis exponens*

*facinora.*

THOMA NAOGEORGO

*Straubingensi authore.*

VVITEBERGAE.

M. D. XLI.

ALPHABET

OF THE

ENGLISH LANGUAGE

AND

OF THE

ARTS

AND

SCIENCE

AND

THE

ARTS

AND

SCIENCE

AND

THE

ARTS

AND

SCIENCE

AND

THE

## PROLOGVS.

Vid noua sibi isthæc, Spectatores fabulæ

q Velit, breuiter fauentibus uobis dabo.

Non præterit uos, multa ubiq; incendia,

In annis his duobus, & duntaxat in

Doctrinæ sectatorum uera finibus

Exorta esse, indeq; magnis calamitatibus

Affectas ciuitates, & prouincias.

Quorum architectus ignoratus est quidem

Primum, uerum. ut nil celari diu potest,

Emersit pulcher Pyrgopolinices quoq;

Huius satelles rabiei papisticæ,

(Quis iste sit, ni uos putarem noscere,

Exponerem clarius) una in lucem quoq;

Episcoporum, & Papæ uenit sanctitas,

Qua satagunt orbem denuo conuertere.

Nos igitur tam ignobilia, nephandaq; scelera

Mundo, uobisq;, quantum licuerit, palam

Facere uolumus, ponentes factorum ob oculos

Hoc qualecunq; specimen. Vos cætera, & rei

Atrocitatem, indignitatemq; pariter

Ipsi solertius considerabitis,

Et quicquid defuerit, animo supplebitis.

Adeste, fauete, cupideq; animum aduertite.

INTERLOCVTORES.

Pammachius Papa.

Porphyrius Cardinalis.

Satanas.

Oncogenes Episcopus.

Disidæmonades Episcopus.

Polystratus princeps.

Pyrgopolinices princeps.

Strabax eques.

Philalethes princeps.

Probus Cancellarius.

Polipristes.

Pyrobolus.

Phlegondas.

Cacorthotes carnifex.

Ocypus nuncius.

Trechidius nuncius.

Cætus principum.

## ACTVS PRIMVS. 2

## SATANAS.

Alloquitur Episcopos, &amp; Monachos,

**M**ittite iam orare, genibusq; meis cernui  
 Aduolui, Ipse scio, uideoq; in qua miseria  
 Miseri uersimini, ut uestra iam publicè,  
 Et priuatim pendatur nihili auctoritas,  
 Honor pereat, & conspuatur sanctitas.  
 Olim qui ad uestrum monachorum, atq; præsulū  
 Nomen, conspectumq; suas iungebant manus,  
 Et quodam basiabant quasi poppysmate,  
 Suaq; religiosè tundeant pectora,  
 Ii iam nunc uos execrantur fortiter,  
 Suosq; docent ut excrentur liberos.  
 Adeo, ut pueri, senesq; ciues, rustici,  
 Docti, indoctiq; nil detentur magis,  
 Ac nomen uestrum, infaustumq; diem illū putent,  
 Quo se uestrum aliquis fortè illis tulit obuiam.  
 Hinc duntaxat, quod odorati sunt, uos mihi,  
 Papatuiq; deditos esse potius,  
 Quàm Christo, sanisue pietatis dogmatis.  
 Sed ego (ne uiuam) hoc illorum ulciscar odium,

A 3 Repena

ACTVS PRIMVS.

Rependam contemptum, uos omnes protegam,  
 (Parcite lachrymis) daboq; huc operã maximã,  
 Ne inulti suis, & redigamini ad incitas,  
 Mibi dehiscat tartarus, ni fecero  
 Ut magnas mihi post paulum agatis gratias.  
 Etiam in momento ipso, punctoq; temporis  
 Pammachium adibo, extumulaboq; grauer,   
 Magis ut uigilet, meliusq; curet commoda,  
 Tam sua, q̄ uestra. Sed ecce illũ ipsum in tẽpore.

PAMMACHIUS, SATANAS,  
PORPHIRIUS.

**D**is crucior miser, animiq; sollicitudines,  
 Grauesq; curæ, ad mortẽ me usq; macerãt,  
 Ita neminem esse ferẽ, qui operam papatui  
 Synceram nauet. Gliscunt hæreses, nec est,  
 Qui Romanæ, opprimendo eas, se filium  
 Ecclesiæ monstret. Consultant, differunt,  
 Loculos queruntur, obsident araneæ,  
 Sunt alijs occupati, conuiuent, ferunt.  
 Interea papalis tota perit dignitas,

Nostraq;

## ACTVS PRIMVS.

4

Nostraq; nauis magnis iactatur fluctibus,  
 Vt plane naufragium timeam, nisi Satanas  
 ἀπὸ μὴ Χανῶν φάσι propere subuenerit.

Sed lupus in fabula. SA. eadem secum ringitur.

Ad te ibam Pammachi. Salue. PA. Ni abs te salus  
 Detur, salutem cætera prorsus denegant.

Quare nemo omnium est, quæ iam mihi maelum  
 Præsto esse, ita cor meum, cerebrumq; finditur,  
 Præ consilij inopia, sed unde te iam agis?

SA. Alia malle curares, sed si scire uis,  
 Veno ex Britannia. Sed per Acheronticas  
 Regiones Pammachi, quæ ista est socordia,  
 Vt non melius tibi, tuisq; consulas?

PA. Quid factum est? SA. Quid factum sit? Non-  
 ne perspicis?

Quo tandem magno uersere in periculo?  
 Quiq; tua omnia plerisq; sunt despectui?  
 Regnum minuitur nostrum, frigent nondinæ,  
 Compluresq; à nobis desciscunt indies,  
 Monachi ualescunt, contemnitur autoritas  
 Præsulū, & unctorū, nullusq; est uētrib⁹ honor.

PA. Perspicio sanè, sed me consilium fugit.

A 4

Iam



ACTVS PRIMVS.

Iam tandem, nec quidq̄ prorsus uideo auxili,  
 Postq̄ primis nihil cæptis promouimus.  
 SA. Auxilium non deesset, si conquirereres.  
 An expectas ut hostes auxilium ferant?  
 Teq̄; legiones angelorum protegant?  
 PA. Non expecto hercle isthuc, neq̄; æquum esse  
 Vel hostib⁹ uel angelis me credere. (arbitror,  
 Per me satis ualeo opibus, & potentia,  
 Magnumq̄; apud multos Papatus hæctenus  
 Nomen habet, suspiciturq̄; reuerenter satis.  
 Et hæc omnia (credas uelim) impendam libens  
 Pro Papatu, tuisq̄; adeo pro commodis.  
 Et usq̄; huc, quicquid uelis, remisq̄; potui  
 Accuratum est. Multum est effusum sanguinis,  
 Carceribus, ignibus, edictis atrocibus,  
 Flagris, gladijs, defossionibus, minis,  
 Proscriptionibus, exilijs, & alijs  
 Immanibus tormentis, pœnisq̄; acriter  
 Sæuitum est. Ist hæc à sinistris. Non minus  
 Et à dextris hæreticos oppugnauius  
 Illecebris, promissis, fictis honoribus,  
 Magnificis titulis, præfecturis, præmijs.

Har-

ACTVS PRIMVS.

Hæreticorum quoq; libellos curauimus  
 Cremari. Mox paulinas etiam Epistolas,  
 Quia ex illis præcipuè oriuntur hæreses,  
 Hæreticisq; inde sua confirmant dogmata,  
 Immo etiam quia nusquam quidq; Papatui  
 Nec studijs suffragantur nostris, nec probant  
 Aliud ad gratiam requiri, quàm fidem,  
 Mandabo aboleri. Quod quidem quàm utile fiet  
 Video, q̄ autem succedet Deo in manu est,

*Os δὲ τολιυτᾶ πᾶντ' ἀνδρῶν νοήματα.*

SA. Quasi uero alium, q̄ te scias Deum. Omnia  
 In te sita sunt. Te præfeci negotijs  
 Istis terrestribus, meisq; copijs.

Omnino curiosus si esse uult Deus,  
 Cælum regat, & recte disponat tempora.  
 Nobis terram, terræq; sinat negocia.

PA. Sūt hæc ita, ut dicis. Neq; tamen, quod sciã,  
 Dextris, atq; sinistris (quæ memorau) omnibus,  
 Tantum res procedunt nostræ, quantum in mari  
 Reciproco corbitæ, aut testudines gradum  
 Accelerant, Incrude scit indies malum,  
 Nec plus, quàm ingens extingui incendiū potest.

## ACTVS PRIMVS.

Quapropter angor, cruciorq; in mirum modum  
 Ea me, quæ sūne cupio, haud posse efficere. Nec  
 Præterea quid faciam, aut quo me uortam, scio.

SA. Enecas me friuolis tuis sermonibus.

Non ergo es, qui fuisti olim, diademate

Dignus triplici? PA. Idē prorsum, eis dē moribus,  
 Eadem probitate, qua iuratus sum tibi.

SA. Quid ergo (malū) isthæc fabulare, quasi nihil  
 Facere queas amplius, in rem quodquod sit tuam,  
 Et nationi omni proffit Papisticæ?

PA. Nisi me suspendam, aliud nil uideo reliquū.

SA. Nondū isthuc tempus, cum fuerit, dicā tibi.

Vorato interea illorum carnes, qui docent

In Christo solo gratiam consistere.

Eoq; tuis obstant præfractæ commodis.

Omnes adhibeto machinas, terram, & mare

Ab imis commoueto sedibus, tuam ad

Tutelam, atq; tuorum hostium *παρολιθπλαση*.

Sed qd ego hæc frustra tecum cōmentor, q inops

Et animi, & consilij es? Vbi nobis cardinum est

Regni tui primus? PA. Porphyrius forsitan?

SA. Ille ipse. PA. I puer, accerse, ut adsit ilico.

SA.

ACTVS PRIMVS.

SA. Cū rebus tam grandibus isthæc haud cōuenit  
 Mollicies animi. Est usus firmitudine,  
 Audaciaq; insigni, atq; impudentia.  
 Quæ cuncta dicebam uobis ab initio.  
 Sed, opinor, luxus, assiduæq; crapulæ,  
 Libidines, iugisq; opum affluentia  
 Faciunt, officij ut uestri obliuiscamini,  
 Nec ante uigiletis, quàm fures omnia  
 Abstulerint, uosq; planè eatis perditum.

PA. Alienos perfacile est labores carpere.  
 Atq; aliorum, princeps, culpæ industriam  
 Illis procliue, qui frugi sunt nullius.

SA. Ne mihi quæ so stomachū moueas. Age uero,  
 Rerum ita tuarum te satagere reris, & (si  
 Nulla prorsum occupatum somnolentia,  
 Cur isti tot Monachi, Abbates, & Episcopi  
 Me hodie questum adierunt, flentes, ac supplices,  
 Sui ut miserear, restituamq; in pristinum  
 Statum? Nonne hos defendere potius est tuum,  
 Quam meum? Ego sollicitor, ego imploror, quasi  
 Nusquam mihi quidq; negocij siet,  
 Quàm in tam multis Germaniæ prouincijs?

Aut

## ACTVS PRIMVS

Aut quasi non uobis hoc dederim negocij  
 Curare, ne quis aliud tradat, q̄ quod in  
 Voluptatem uobis sit, & summum lucrum?  
 Scilicet id curatis, quum quaquā inceditis,  
 Vobis oppedatur, nec non derisui  
 Sitis uulgo, decedat & prouentui  
 Quotidie quidq̄. Sed Porphyrius aduenit  
 Caput quassans, schedasq; uentilans manu.  
 Miror quid sit. PA. Scio. Regi Britanniae  
 Meo conscripsit litteras ex nomine.  
 PO. Te princeps aduenisse gaudeo. SA. Tibi  
 Eueniant quæ uelis. PO. Sed ubi tu tam diu?  
 Nam te nemo nostrum in diebus quindecim  
 Conspexit. SA. Rogita, nisi mille mihi negocia  
 Vbiq; gentium, & terrarum obeunda sunt.  
 Mihi, Porphyri, parum pro dignitate tam  
 Vasti huius imperij attendere uidemini.  
 Id quod iam Pammachio dixi, tibiq; identidem  
 Dico. PO. Quid ita? SA. Dicā. Viden Episcopos.  
 Hosceq; tetricos monachos? PO. Video, sed qd uo  
 SA. Me uenientē huc hodie adierūt cōmodū. (lūt  
 Multas, magnasq; quosdam contra principes

ACTVS PRIMVS.

Iniurias querentes, Non de ui quidem,  
 Neq; cede, nec ueneno, nec de similibus  
 Se tantam esse unq̄ moturos Tragcediam,  
 Dicentes, quantam præsens rerum uastitas  
 Cætera per commodos mouere cogeret.  
 PO. Expecto qd dicas. SA. Nā quosdā principes  
 Aliosq; complures proceres Germaniæ  
 Totos in hoc esse, ut primum quidem Episcopis,  
 Canonicis, & cunctis, quos clericos uocant,  
 Adamata scorta, & concubinas auferant,  
 Ut aut contineant, cœlibemq; uitam agant,  
 Aut uxores ducant legitimas. Neutiq̄  
 Passuros, ut scortentur more gentium, &  
 Alienas, ut hæctenus, uxores permolant.  
 PO. Haud uulgarem ædepol refers iniuriam.  
 SA. Deinde ut missarium prorsus negocium  
 Missum faciant priuatum, aliosq; corrigant  
 Ritus, prorsum & ceremonias uitent malas.  
 PA. Quasi Principū sit, in ordinem nos cogere,  
 Qui nullis sumus hominum subiecti legibus.  
 SA. Immò nec Dei quidem. Sed audite reliqua.  
 Queruntur Episcopi quoq; æramenta se

Quas

ACTVS PRIMVS.

(Quas campanas uocant) nulla in decennio,  
 Perpetuo baptizasse, nec aras, nec sacras  
 Villas ædes sanctificasse, neq; chrisinata  
 Perinde, ut olim uenire, atq; etiam sacrum  
 Iam confirmationis passim negligi.  
 PA. Nos extinctos uult, isthæc qui mortalibus  
 In contemptum uenire suadet perfidus.  
 SA. At Monachorū res lōge peius habet, ut haud  
 Multum absit, quin genus intereat sacerrimum  
 Radicitus. Eijciuntur ex nidis, ut aut  
 Laborent manibus, aut aliud negocij  
 Quid honesti faciant. Si qui inualidi sunt tamen,  
 In ocio sustentantur, quamq̄ in suis  
 Manere mallent impijs laboribus.  
 Fit ergo hinc, ut pereat hypocrisis, nondinæ  
 Meritorum tollantur, nephanda facinora  
 Patrentur pauciora, nullæ deniq;  
 Nobis uiuæ post desodiantur hostiæ.  
 Est ne, ut dico? Annuunt. Nam præ doloribus  
 Vix possunt hircere, ne dum uerbum proloqui.  
 Erat autem uestrum providere singula,  
 Et maxime, ne quid nobis decederet

Autho-

ACTVS PRIMVS.

Authoritate, honoribus, & potentia.  
 Deinde, ne qua lederentur subditi  
 Iniuria nostri, postremo, ne noui  
 Doceretur, seu innouaretur aliquid,  
 Etiam si de cœlis meliora traderet  
 Angelus, ipseue Christus corrector adforet.  
 Quam uero prouidi fueritis, quamq; me  
 Absente regni sit curata dignitas,  
 Istorum declarant satis querimoniae,  
 Non idcirco ditau i uos, & omnibus  
 Præposui, ut in equis iretis tantummodo  
 Albis, sumptusq; perficeretis dapfiles,  
 Verum etiam, ut salua seruaretis omnia,  
 Tam res, quam populū, ut leuior mihi foret labor,  
 Nec totius in me unum regni incumberet onus.  
 PO. Eadem, princeps, haud per nos, quod sciam,  
 Quò cuncta minus seruarent tibi integra, (Stetit,  
 Omneq; defenderetur, quicquid pertinet  
 Ad cultum, augmentumq; huius nostri culminus.  
 Malis, bonisq; strenue rem gessimus.  
 PA. Hæc eadem iam dudum illi ego dixi omnia.  
 SA. Res ipsa uestram loquitur diligentiam.  
 PO



ACTVS PRIMVS.

PO. Equidem minutatim discerpi mauelim,  
 Quam iota unum nostro de regno cedere.  
 Scis autem princeps, nos præstare haud posse, ne  
 Quid aduersarij in suis regionibus,  
 Aduersum nos, & nostros comparent in ali.  
 SA. Potestis certè reprimere conatus, & in  
 Integrum ablata per industriam restituere.  
 PA. Aliter sentires, si faceres periculum.  
 SA. Quid? Quasi mundus me non norit. Sexcēta  
 Talia, uirtute possem effecta reddere. (ego  
 PA. Monstra modū, nos operam dabimus sedulo.  
 SA. Dudum nihil erat animi, iam mihi places.  
 Illos igitur magistratus uel principes,  
 Qui hosce & alios nostros grauant iniurijs,  
 Fulminibus sexcentis, si aliter fieri nequit,  
 Quietos reddito, uel in tartara trudito.  
 PA. Pulchre dicis, Verum nos experientia  
 Scimus eos hisce haud expugnari machinis,  
 Nauci faciunt, & solum contrà oppedere  
 Solent. Nec cuncta plus formidant fulmina  
 Quam uel marinus uitulus, uel Iouis armiger.  
 Quin etiam obtusa iam sunt & planè hebetia,  
 Adeo,

ACTVS PRIMVS.

Adeo, ut uix Vulcanum sperem recudere  
 Posse. PO. Profecto sic habet. Et si qua fulmina  
 Eiaculamur, nostrum in caput irrita recidunt.  
 SA. Esto, Atqui Consilium potestis cogere,  
 Constantiense quale fuit olim, omnia  
 Vbi ad uestram liceat cudere sententiam,  
 Orbemq; omnem uestris subijcere legibus.  
 PA. Apage sis cū Cōsilijs. SA. Quare isthuc ais?  
 PA. Non nostra semper usque quaq; promouent.  
 Siquidem & Constantiense aliquot è sedibus  
 Deturbant Papas. Multa capita, plurimæ  
 Et eadem uariæ sunt illic sententiæ,  
 Nostras quibus res committere non arbitror  
 Perinde tutum. Siquidem etiam ita uiuimus,  
 Ita omnes nostræ in aperto sunt libidines,  
 Et impietates, ut non inimici modo,  
 Sed etiam amici, fautoresq; murmurent  
 Aduersum nos frequenter, atq; pessimis  
 Nonnunquam exemplis dignos esse iudicent.  
 SA. Verisimile est. At nuper tamen indixeras  
 Consilium Mantuæ. PA. Nugæ, quod perhibet,  
 Bullatæ erant, & gerræ longe maximæ.

B SA. Quid

ACTVS PRIMVS.

SA. Quid audio? Mihi tamen erat iniecta spes  
Fore, ut illic magnificus triumphus ab omnibus  
Decerneretur nobis. PA. Ego mihi boni

Habebam polliceri nihil, atq; id meam  
Contrà uoluntatem à multis principibus, &  
Cæsare compulsus indixeram, ut aliqua foret  
Mundo spes, omnes tum correctum iri status.

SA. Hoc uero est ab re nostra. PA. Nouerã. neq;  
Animus unquam fuit Consilium admittere,  
Quanquam pulchre mihi præsidij, & loco,  
Alijsq; caueram ad rem conditionibus.

SA. Perlatum ad me fuit, & consilium istuc tuũ  
Probauit. PO. In Consilijs Romanam curiam,  
Omnesq; prorsus ordines Ecclesiæ,  
Olim Sigismundus Cæsar molitus est  
Reformare, & certis includere terminis.

Id etiam perpetuò cauendum est. PA. Scilicet.  
SA. Age. Mitto consilia. Armatote Cæsarem,  
Reges, tyrannos, principes, satrapas, duces,  
Episcoposq; uestros, uno ut impetu, &  
Memorabili strage hostes uestros opprimant.

PA. Hic non cessatũ est, sed tanta est socordia

Ferè

ACTVS PRIMVS.

Ferè omnium, ut parum absu, quin mihi desinant  
Probari, dilectiq; dici filij.

Excusant, tergiuersantur, penuriam

Queruntur, moliuntur, tandem negligunt.

SA. Adeò ne nullus Doechnus, aut Amanus est,

Aut Holophernes tot uobis inter Principes,

In aduersarios qui inconniuent, &

Audacter irruat? PA. Fuit in Germania

Ipsis nostris uicinus aduersarijs

Holophernes, opibus pollens, intrepido animo,

Et planè gladiatorio, is promiserat

Pietatis ergò, & in Romanæ gratiam

Sedis, se radicatus euulsurum hæreses,

Et iam tum magna moliebatur, sed in

Ipsò pietatis disperijt molimine.

SA. Scio quem dicas, uersatur apud inferos.

PA. Sat hercle incommode illa nobis ancora

Perijt. Ego ædepol, accepto illo nuncio,

Haud aliter perculsus, & exanimatus sui,

Quàm si esset angelorum porta ab hostibus

Capta. nec immerito. Quippe an alius quispiam

Huic uir similis supersit Princeps, nescio.

ACTVS PRIMVS.

SA. Et ipsi excusatis, & aliorum plurimas  
 Adfertis excusationes. Hoc uolo  
 Vos omnino scire, meam si quid gratiam  
 Magni facitis, & eam uobis esse cupitis  
 Perpetuam, istos in pristinum restituite  
 Statū, & omnibus ab iniurijs defendite:  
 Nostri causa periclitantur, nos decet  
 Protegere, & conseruare nobis deditos.  
 Videte, ne quid in uobis desiderem.  
 Cauete diligenter, ne quid omnium  
 Rerum innouetur priuatim, uel publice,  
 Quod uobis, aut istis incommodum fiet.  
 Videtis, quā sint demissi, atq; supplices,  
 Quā macie confecti, quā exucci, atque gra-  
 ciles. (ὄντι ἴσφαοῖς.)

Videtis item, quā ora miserabiliter sibi  
 Monachi distorserint, prospiciantq; haud secus  
 Cucullis ex suis, quā ex dumeto lupo.  
 Ideo tantum, quo uos ad misericordiam  
 Commoueant, miserasq; declarent suas.  
 Quamobrem istis prae alijs prospectum uolo.

PA. Dabimus operā hercle p̄ uirili. SA. Cōuenit.  
 PO. Ne

PO. Ne dubites princeps (ut etiã pro me loquar)

Aliquid aliqua modo aliquo excogitabimus,

Consilium capiemus, deliberabimus,

Efficiemusq; quod in rem sit nostrum omnium.

SA. Facto opus ẽ. Iã igit abite uos. Nos uindices,

Protectoresq; uestri erimus, quantum licet.

Horum certẽ hominũ est cura habẽda, Porphyri,

Nostri sunt, iurati sunt, regnum promouent,

Mores colunt, seruant præcepta nostra, ita ut

Centum ante deuorarent animas, quàm pedem

Nostris ab institutis latum cederent.

PA. Non frustra ego hasce creaturas finxi mihi

SA. Vide, ut conserues ergo. Sed quas Porphyri

Hic tu schedas geris? PO. Nihil est. Sũt lueræ ad

Britanniæ dictatæ Regem, ex nomine

Sanctissimi huius patris. SA. In mentem uenit,

Mihi esse ab hoc dictum. Istihuc de uobis placet

Vbiq; terrarum nostra agere negotia.

Mibi quoque iam dies aliquot in Angliã

Consumpti sunt, neq; hoc sine fructu quod sciam.

PA. Perlege præsentẽ hoc. SA. audiã perq; L. hẽs.

PO. Pammachius Papa, & Episcopus huius nois

## ACTVS PRIMVS.

Primus, & extremus, Henrico Britanniae  
 Regi, superlatiuè Christiano & in  
 Nostrae defensione sedis principi,  
 Salutem, omnemq; fauorem optat papisticum.  
 Dilectissime fili, perlatum ad nos erat  
 De charitate tua, quod obedientiam,  
 Decreta, fidemq; nostram floccipenderes,  
 Atq; etiam pensiones nobis annuas  
 E regno debitas parares tollere,  
 Ac prohibere, atq; te, ac regnum uelles tuum  
 E nostro in libertatē uendicare iugo. (Hypmet.)  
 Insuper & scriptis dicebaris in caput  
 Nostrum inuehi, characteremq; pessimum  
 Ecclesiae Romanae in uulgus prodere.  
 Communicare cum haereticis, noua dogmata  
 Audire auide, seductores arcessere,  
 Nostrumq; regnum habere despiciatui.  
 His auditis, contristati afflictim sumus,  
 Ut, qui omnes cupiamus saluos fieri homines,  
 In nostroq; manere iugo, & obedientia  
 Pietatem existimemus esse maximam.  
 Non fuimus igitur pro te solliciti parum,  
 Salute ne nobis dicta, te iungeres

## ACTVS PRIMVS

29

Nostræ cum turbatoribus monarchiæ,  
Nosterue quæstus & apud uos uilisceret:  
Quare nostros legatos, atq; cardines  
Suetæ uisceribus moti misericordiæ,  
Ad auocandos uos à doctrinis nouis,  
Quas quidam in nostræ perniciem sedis docent,  
Totumq; papatum illis extinctum uolunt,  
Adq; fidem uestram confirmandam misimus.  
Redeuntes autem illi ad nos, uix uerbis potest  
Dici, quanta cum alacritate, atq; gaudio,  
Ad sanam te rediisse mentem, & omnia  
Sentire nobiscum, nec unquam dogmatis  
Velle affinem posthac fore nouis, quin & in  
Tuæ perpetuum mentis testimonium,  
Et ad placandos nos, doctorem dogmatum  
Peruersorum immolasse in holocaustum integrum,  
In confessu retulerint Cardinalium.  
Vnde & nos pro pietate tua exultauimus,  
Interq; pocula, io triumphæ, uocibus  
Clamauimus summis, teq; ex templo in sinu n  
Nostrum, ceu filium mater, suscepimus.  
Tantum de te nostrum reuerso in ordinem

B 4 Lætautes



## ACTVS PRIMVS.

Lætantes, quantum non de alijs centum, qui apud  
 Nos manserunt stabiles, nec unquã ad dexteram,  
 Neq; leuam declinarunt. Quum tu igitur diem  
 Nobis festum reditione tua feceris,  
 Animosq; nostros gaudio repleueris,  
 In unum contractis suggestit spiritus,  
 Vt te uicissim repleremus gaudio,  
 Et nostram in te monstraremus clementiam  
 Indulgentia aliqua papistica, tibi  
 Grata, nobis digna, ut posthac nostrum iugum  
 Aliorum ferres ante libertatibus.  
 Itaq; edocti, quid cuperes, & tibi maxime  
 Licere uelles, thesaurum reserauimus  
 Omnis ligandi, soluendiq; copia:  
 Inde tibi large, & sine radio deprompsimus,  
 Ne matrimonij ullo arcteris uinculo,  
 Sed uxores ducas, quot, & quæ arriserint,  
 Repudiesq;, ut lubet, ullis absq; legibus.  
 Vtere igitur isthac, fili dilectissime,  
 Nostra indulgentia paterna, nec Deum,  
 Nec homines alios, sed duntaxat nos tibi  
 Ob oculos iugiter proponens, ut bonam

Satagas

## ACTVS PRIMVS.

12

Satagas nobis aliquando referre gratiam.

Data Romæ in porta Angelorum, & cætera.

Sub annulo Aeruscatoris. PA. Recte, satis.

SA. Idem ædepol in his, etiam absq; inditio meo,

Sensistis, quod ego. Ita porro pergite esse, ne

Opus sit me monitore. Vos portisculum

Tenetis, ut terrarum reges sentiant

Vestrum ad præscriptum, quasi coacti remiges.

Videte tantum ut imperetis gnaui ter,

Omnesq; suum faciant officium remiges.

PA. Curabimus. SA. Sed quid de Rege? Nū fore

illum speratis constantem? PA. Quid ni? omnibus

A nobis illi concessis, atq; titulis,

Quasi esca collatis. SA. At illum ego herclè

Versutior em figulari arbitror rota.

Instandum, uigilandumq; est noctes ac dies,

Ne sese is, ael alius uestris è retibus

Expediat, fingite, permittite, promittite,

Concedite, quicquid illis tandem collibet.

Digni sunt, late regnant, possunt plurimam

Opibus, & ui uobis referre gratiam.

PO. Quin factu est op<sup>o</sup>. atq; hoc præserti q; sibi

B s Dynastæ

ACTVS PRIMVS.

Dynastæ iam pleriq; alioqui etiam, & sine  
 Nostro permissu, sine Dei, & hominum metu  
 Licere persuadent absurda quælibet.

SA. Hoc magis ergo est uobis annitēdū, ut aliqua  
 Inde haud magno empti uobis extet gratia.

PA. Intelligimus. SA. Mihi est abeūdū. Vos uolo  
 Ut dixi, & isthuc, & alia meminisse. Præ

Cunctis tamen monachorum curam, ac præsulū  
 Gerite. Nullū alium, q̄ uos (sciis) habent Deū.

PA. Erunt nobis curæ. SA. Ego descēdam ad in-  
 Ne me absente etiam illic turbarū qdptā (seros.  
 Exoriat, ita furij seruent omnia.

Curate quæ dixi. Cras si uacauerit,

Ad uos recurram. Iam abeo, Sed heus, ne denuo

Ad me quæstum ueniant Monachi, & Episcopi.

PA. Potes ne quietus esse? Sat curabimus.

PAMMACHIVS, PORPHYRIVS.

Vantum ego principis intelligo sentētiā,  
 Q Aliter, ac hætenus nobis curanda sunt  
 Tam nostra, quam subiectorum negocia.

Deus

## ACTVS PRIMVS.

13

Deus uniuersam disperdat Germaniam,  
 Laboris tantum quæ una nobis exhibet.  
 Italia, Hispania, Gallia, & Britannia  
 Facile acquiescunt, sponte, & ultro seruiunt,  
 Decreta seruant, concelebrantq; nondinas,  
 Nos è quibus hæctenus luculenter pascimur.  
 Soli iam Germani rursum, & prorsum rident,  
 Frenum mordent, nostroq; quæstui inuident.  
 Iugum excutiunt nostrum, imposturas non ferūt.  
 Monachos abolent, molesti sunt Episcopis,  
 Mores, & instituta tollunt, deniq;  
 Cognoscunt intus (ut aiunt) nos, & in cute.  
 Serpet malum isthuc, & in alias prouincias,  
 Si uulgaribus, & huc usq; usi fuerimus  
 Remedijs. Nobis satis est exempli Anglia,  
 Quàm uirus hoc cito regiones permeet,  
 Quàm plaudat uulgus, nostras cum libidines  
 Expositas audit, proditasq; própalam.  
 Quamobrem rebus hisce, Porphyri, decet,  
 Etsi Satanas nullus monuisset, acribus,  
 Fortissimisq; pharmacis occurrere.  
 Tu plenus es consilij, dic quid censeas

Faciundum

ACTVS PRIMVS.

Faciundum. Sunt iurati nostri plurimi,  
 Audaces, magnanimi, potentes, diuites,  
 Nec dubito, quin si sacra nos per omnia  
 Illos obtestemur, succursuri semel,  
 Hæreticosq; armis extirpaturi sient  
 In nostram, & Apostolicæ adeò sedis gratiam.  
 PO. Vel hoc, uel aliud mihi placeret Pammachi,  
 Si reperiri possent ad hanc prouinciam  
 Idonei, satisq; instructi, & (quod est  
 Vel primum) qui sedis Apostolicæ gratia  
 Mortem, nullaq; prorsus fugerent pericula.  
 Sed fauor est rarus, qui ad aiã usq; penetret, &  
 Omnia uelut pro merito afflictis ponere.  
 Semper bellorum incertus solet esse exitus.  
 Pulchre caderet, si nos penes uictoria  
 Consisteret, enyaliosq; hostibus foret  
 Aduersus, tum sane mundo exemplum dari  
 Cæde, excidijsq; posset, ne quis postea  
 Nobis se doctrimis opponeret nouis.  
 Sin uero (absit tantum mali) uictoria  
 Faueret aduersarijs, quos dicuntant  
 Et esse multos, & coniunctos scædere,

## ACTVS PRIMVS.

14

Et bellicosos, & magnarum uirium,  
 Opumq; tum nostri plane irent perditum  
 Tam Episcopi, quàm Monachi quotquot hostibus  
 Essent uicini. Quis enim non uictoria  
 In rem utitur suam uictor? Quis non premit  
 Eos pessum uictos, qui idem facturi erant,  
 Si forte uicissent? Accedit huc quoq;  
 Quod aduersarijs pro patria, pro focis,  
 Pro liberis, pro ueritate, pro fide,  
 Et pro libertate foret pugna deniq;  
 At contra nostris nostra pro lubricine,  
 Honoribus, quæstu, superstitionibus,  
 Hypocrisi, luxuria, stupris, impietatibus  
 Esset contentio alienis. Quare hostibus  
 Cresceret animus, & segniores milites  
 Essent nostri. Hæc sunt dispicienda Pammachi.  
 PA. Animi iam multo, quàm dudū sum incertior.  
 PO. At præstat hoc, quàm supra uires quidpiam  
 Moliri. PA. nihil aliud ergo das consili?  
 Mori hercle satius est, quàm contumelias  
 Ferre aduersariorum tam insignes diu.  
 Audis Satanam quoq; quid uelit. Pro Episcopis,  
 Monachisq;

ACTVS PRIMVS.

Monachisq; quàm labore sollicitè, eius haud  
 Esse audientes nos dicto, non addeceat  
 Romanam disciplinam Porphyri. PO. Scio.  
 PA. Quid ais ergo? PO. Si uiueret Germanicus  
 Nobis Holophernes, cuius meministi prius,  
 Egregium pro nobis haberemus ducem.  
 PA. Dicis, q; non est, nec fieri potest. PO. Nihil  
 Aliud iam mihi uenit in mentem, quàm principes  
 Nostrarum partium, simul & Episcopos  
 Potentiores in Consilium ut conuoces,  
 Rem proponas, per omnes obsecres Deos,  
 Ut nobis subueniant perituris. Tum scies  
 Perspicue, quantum in omnibus restet spei.  
 PA. Placet hoc, sed ciuates illos Episcopos,  
 Et principes dicis? PO. Germanicos pater,  
 Et aduersarijs uicinos maxime,  
 Nam frustra cum illis, qui longe absunt egeris.  
 PA. Rectè censes. Date ergo ad illos literas,  
 Cras ut conueniant nobiscum de maximis  
 Consultatum rebus. Ne quis omnium,  
 Ad quos meo literas dederis ex nomine  
 Venire detrectet, relaturi domum

Benedictionem

## ACTVS PRIMVS.

19

Benedictionem cumulatè Papisticam.

PO. Dabo operã, ut fiat. Et iam nunc ibo ocyus

Negocium expeditum. PA. Ito, sed mane cras

Ad me. PO. Intellico. PA. interim cõsilia cõgere,

Et exgre, in promptu ut sint. PO. Pulchre me-  
minero.

## CHORVS.

## Carmen Coriambicum.

Sic nunquam Satanas desinit, & sui,

Quos semper furijs concitat in malum,

Verbum odisse Dei, & Christicolas simul.

Oppugnant uarijs omnia machinis,

Quæ suetas adimunt cunq; libidines,

Ei mundi reprobant impia dogmata,

Aut certum sceleri ponere terminum,

Peccatiue iugum rumpere destinant.

Sic nunquam Satanas desinit, & sui,

Quos semper furijs concitat in malum

Verbum odisse Dei, & Christicolas simul.

Non hoc mira demum tempore proferunt,

Antiquum facinus, cura ueterrima est.

Serpens



## CHORVS.

Serpens insidias perpetuo struit,  
Tam Christo, quàm alijs semine de Dei,  
Omnes ut miseris excruciet modis.

Sic nunquam &c.

Abeli fuit haud quicquam aliud bono  
Primæ causa necis, quam proba & innocens  
Vita, & sane placens simplicitas Deo,  
Et quod corde Deo credidit integro,  
Abducens animum rebus ab impijs.

Sic nunquam &c.

Dauidem immerito persequitur Saul  
Confessus toties perfidiæ nihil  
Compertum esse sibi. Scilicet impia  
A pravis nequeunt corda quiescere,  
Nec somnum capiunt ni male fecerint.

Sic nunquam &c.

Iudæis probitas, quin quoq; gentibus  
Semper displicuit. Nemo Prophetis,  
Aut castis potuit uiuere legibus.  
Olim inter Satanæ tot segetes malas,  
Quo mundum à Satana semper agiliquet.

Sic nunquam &c.

Quid

CHORVS.

16

Quid Christus nocuit, uel quid Apostoli,  
 Quod terræ fuerint pondera publicè  
 A prauis habiti, qui speciem, & locum  
 Electo in populo præcipuum tamen  
 Gesserunt? sine sunt crimine mortui.

Sic nunquam &c.

Gentes innumeros Christi genum feræ  
 Mactarunt, uti Dijs obsequiū suis  
 Præstarent, & honor cultibus impijs  
 Iratis superis cresceret indies,  
 Causa nulla alia, quàm Satanae dolis.

Sic nunq̃ &c.

Et iam nunc quoq; rem fraudibus improbis  
 Orditur. Titulis captat, & externa  
 Ignaros specie. Nempe negocia  
 Se Christi simulat nomine perdit  
 Papatus agere, at subdole agit sua.

Sic nunquam &c.

Lætatur nebulo sanguine iugiter  
 Prætens fidei nomen, & omnia  
 Nouit quis homines cunq; mouerier.  
 In lingua est pietas, sanaq; dogmata,

C

At

## ACTVS SECVNDVS

At re uera animas illicit in plagas.

Sic nunquam &c.

## ACTVS SECVNDVS.

### SATANAS.

**P** Er commodus hercle hesternus contigit mihi  
 Ad inferos descensus. Nunq̄ æque bene  
 In tempore quoquam ueni. Nam Germanicus  
 Holophernes, postquam primum uenit ad inferos,  
 Semper quidem stomachatus est, se neuiquam  
 Commeruisse inferorum regionem, neq;  
 Pro supplicijs tam constanter Papatui  
 Fauisse, & adhæsisse usq; ad extremum halitum,  
 Se cœlum sperasse, haud nostrum consortiū,  
 Illum ego tamen consolatus sum, uti soleo,  
 Ne succenseret, nullam iniuriam pati.  
 Hoc magis illum nobiscum debere esse præ  
 Alijs, quo adhæsisset nobis constantius.  
 Benefactorum quoq; illi ostendi codicem,  
 Quo uictus sortem æquanimitè ferret suam.  
 At imo ex pectore is traxit suspiria

Iurans

## ACTVS SECVNDVS,

10

Iurans superos, & inferos, se perfidè  
 Deceptum, seq; quum olim foret occasio,  
 Deceptionis huius ultorem fore,  
 Subrisi ego, nauci illius faciens minas,  
 Ringi ille, at ego uicissim parui pendere,  
 Vt nunq̄ sperarim tam audax facinus eum  
 Ausurum præsertim cum esset circumdatus  
 Cathena. At ille bonus, nobis absentibus,  
 Apud superos (quemadmodum negocia  
 lam plurima sunt ubiq;) cum umbris cæteris  
 Conspirauit, subinde perfidiam arguens  
 Nostram, fidemq; deuouens Papisiticam.  
 Donec persuasit umbris, monachis maxime  
 Sibi notis, uno animo, eadem sententia  
 Vti suas quisq; cathenas circumroderent,  
 Effugerentq; ad superos, atq; Gygantum uetus  
 Renouarent factum, admotis cælo machinis.  
 Quid multa? Postremo inter bis septem dies  
 Omnes perroserunt cathenas, senibus, &  
 Edentulis iuuenes ad opem uocantibus  
 Ferendam. Iam per portas regia uia  
 Euadere difficile erat, cum propter canem,

C

2

Et

ACTVS SECVNDVS.

Et monstra quædam in primis Orci faucibus  
 Cubanibus, tum etiam interiectas propter, &  
 Altas paludes, torrentiaq; flumina.  
 Est autem in supremis Orci faucibus  
 Spiraculum angustum, & rotundum, cætera  
 Naris habens similitudinem, per quod fumus  
 Corporibus ab assatis emittitur foras.  
 Hoc conspiciatus Holopherne cum cæteris  
 Euasioni est arbitratus commodum.  
 Quia uero alius, & abruptus erat ascensus, is  
 Quemq; sua comportare iussit merita, ne  
 Cerberus exaudiret, summo in silentio,  
 Construereq; scalas, addidit & ipse sua opera,  
 Meritaq;. Quo factum, ut scalæ ad spiraculum  
 Iam pertingerent. Porro eran: simillimæ  
 Araneis tenuibus scalæ. His hoc modo  
 Perfectis, iam iamq; illis ascendentibus,  
 Holopherne duce, n. h. lego suspicans mali,  
 In tempore superueni. Et iratus statim  
 Diffraui scalas, comminuiq; in puluerem.  
 Retrosum illi in præceps ruere magno meo  
 Cam riu. Holofernem autem, qui iam spiraculum  
 Attingerat

Attigerat, inq; eo pendeat medius, in  
 Barabrum arreptum pede proieci dextero,  
 Atq; cathenis constrinxi tribus adamantinis.  
 Iudem & alios pro meritis donavi suis.  
 Rebus ita noctu compositis, Episcopum  
 Constitui, qui sollicitè animum aduertat suum,  
 Ne quis posthac absente nobis talia  
 Attēret. Hinc ego iam ad Pammachiū propero, uti  
 Receperam heri, rebus ut etiam, atq; etiam magis  
 Inuigilet. Nam cū machinentur talia,  
 Cathenis uincti, nil mihi de liberis  
 Boni queo polliceri.

## PORPHYRIVS, SATANAS.

**H**ercle audiam lubens,  
 Quantus apud oēs nobis restet principes,  
 Episce posq; fauor. SA. Quis hic loquitur propè?  
 Porphyrius est, & ipse adibit forsitan  
 Pānachiū. PO. Si omnes suppetias negauerint,  
 Actum est. Spurios pro filijs uocabimus.  
 Sa. Irat⁹ ē. Porphyri PO. Ehbē princeps, Hercule

C 3 Mane

ACTVS SECVNDVS.

Mane aduenis, male potus, dormisti male.

SA. Immo hęc noctē insomnē ego traduxi ppetē

Propter seditionem coortam apud inferos.

PO. Quid ais? SA. Holophernes cū cōiuratis suis  
Cathenis corrosis adornabat fugam.

Sed quo tu nūc is? PO. Ad Pāmachiū. SA. Nun-

A uobis captum consilij, negotio (quid est

Super hesternō? PO. Est. SA. Quid tādem, PO.

Quod usum optimum.

Episcopos, partisq; nostræ Principes

Germaniæ indigenas, huc conuocauimus,

Quibus re exposita, cognoscemus quid animi,

Fiduciæq; in rebus monstrent publicis.

SA. Laudo cōsiliū. At quādo uēturi? PO. Immo

Ipsos adesse arbitror, aut mox certē adfore. (iam

Rescripserunt enim obedienter, in mora

Se non futuros. SA. Rectē ego qui reuenerim.

Nam cupio & ipse illorum animos cognoscere.

PO. Cognosces liquidō & illos, & nostrā simul

Papatus summam in rebus diligentiam.

Sed eamus nunc intrō ad Pāmachium. SA. I præ

sequar.

Porphyr

PORPHYRIVS, PAMMACHIVS,  
SATANAS.

**S**alue pater sancti s. me. PA. Dij dent quæ  
uelis.

Hæ Satana, rectè ades. SA. Quid agis nunc Pam-  
PA. Q' d' animi dubiº, unaq; iracûaº. Hac (machi  
Nocte integra parum mihi propitius fuit  
Somnus, adeo corculum curis amburitur,  
Quo tandem pacto nostra queat monarchia  
Restitui in integrum, & defendi ab hostibus.

SA. Bene speres. PA. An liceat cognoscere statim  
Quippe aliquot huc iussi accersiri principes,  
Episcoposq; quibº cû agã. SA. Audiui, & placer,  
PA. I uisum Porphyri, omnes an conuenerint.

Certe Satana, parum est ubiq; gentium  
Fauoris sinceri, & ueræ obseruantia.

Quum tamen absq; his nostra ne queat potentia  
Diu subsistere. Nemo est, qui nos diligit,

Qui non sua, q̃ nos diligit, & quærat magis.

Qui nos timent, q̃ primum perditos uolunt.

Et si minus aperte, tamen aduersarijs



ACTVS SECVNDVS.

Clam nostris collidunt, collaudant, promouent.  
Hinc ego maceror, & discrucior animi oppidò,  
Quid tandem sit futurū. SA. Loqueris quasi dies  
Instet supremus, resq; ad restum uenerit.  
Non nostra dum ita planè est dilapsa factio,  
Ut reperiatur nemo, nostri gratia  
Qui uelit insanire semel, bis, ter, & quater,  
Ausitq; mortalibus, & immortalibus  
Perfricta fronte, medium digitum ostendere.  
PA. Quid ais? PO. Adsumt omnes, teque expe  
ctant pater,  
PA eamus ergo. SA. Ite, ego uos à tergo sequar.  
PA. Tu Porphyri rem pro tua eloquentia  
Illis expone. Atq; audim? diligenter. PO. Vt  
Qui uero pater sancte

ONCOGENES DISIDAEMO-  
nades, Pammachius, Satanas, Porphyrius,  
Pyrgopolinices, Polystratus.

Veniunt, ut audio,  
DI. Veniant. Libenter audiã quid sit noui.  
PA. Hem

## ACTVS SECVNDVS.

20

PA. Hē Satana, sta tu hic paulisper foris, quoad  
Veni fautor Satana, cuncti cecinerimus.

SA. Belle profecto. PA. Sequere Porphyri. PO.  
Viden?

Assurgunt oēs. PA. Mallem facerent, quæ uolo.

PO. Facient fortassis. Porgito illis dexteram.

PA. Saluete fratres, atq; filij mei

Dilecti. Vos huc aduenisse gaudeo.

ON. Habemus gratias tibi sanctissime pater.

PA. Sedete. Rebus magnis ac urgentibus

Nostram hoc tempore turbantibus monarchiam,

Rebus nostris, & uestris duxi esse perutile

Vos conuocare. Fecistis igitur bene,

Quòd adueneritis cito, relictis omnibus,

Egoq; hanc uestram pro tempore obedientiam,

Dignè aliquibus remunerabo gratijs.

Vt autem Consiliū hoc nostrū faustum sit, &

Ritè auspiciatum, ante omnia nostri spiritus

Auxilium imploremus, cantando unanimiter,

Veni fautor Satana, nostra imple pectora

Ardore, & consilio, quod in rem sit tuam,

Iam uentibus ipse nostris tandem prospice.

C 5 Extingue

ACTVS SECVNDVS.

Extingue Christi gloriam, ac Euangelij  
Fulgorem exorientem tenebris opprime tuis.  
Qui similia in mundi solitus es origine  
Per omnes linguas magna cum laude facere.

SA. Ecce ego. Quid me uultis? PA. Sede à dex-  
tris meis.

PO. Loquar ne nunc, quæ mandasti mihi pater?

PA. Loquere. PO. Non uos, etiã tacëre me, puto  
Ignorare patres, & dilecti filij,

Quis rerum in orbe Christiano sit status.

Omnia uergunt ad interitum tam humana, quàm  
Diuina, ut uix sine lachrymis dicere queam.

Humana quidem habebunt correctores suos,

Qui singulis præfecti sunt prouincijs,

De quibus haud nos laboramus, nec admodum,

Vt de priuatis rebus, solliciti sumus.

Quia uero in diuinis nobis autoritas

Præcipua, & summa est, & fidei sumus caput,

De illis equidem angimur haud in uulgarẽ modũ,

Quando quidem in conditione sunt miserrima,

Quali uix à mundi fuere exordio.

Et quanquam confitemur harum principes

Nos

## ACTVS SECVNDVS.

21

Nos esse, & correctores, tutoresq; non  
Minus tamen & ad Christianos pertinent  
Omnes, ad Principes, & Episcopos magis.  
Vnus Deus, una fides, una religio est  
Nostrū omnium, eisdē omnes quoq; utimur sacris,  
Quare æquū est, uno ut animo, unusquisq; copijs  
Diuina, sacra, fidemq; defendamus, &  
Hæreticos omnes extirpemus gnauiter.

Quoniam autem ad uos Germanos Papiſtica  
Hoc temporis quaſſatur maxime fides.  
Totius orbis præ alijs nationibus  
Vos huc patres, & filij chariſſimi,  
In conſilium, auxiliumq; conuocauimus,  
Certo perſuadentes nobis, quemadmodum  
De his, Romanam à nobis qui didicerunt fidem,  
Eamq; huc uſq; conſeruarunt firmiter,  
Non uerbis uos tantum conſulturos rei,  
Id quod alios facere hæctenus perſpeximus  
Sed ſummis opibus, uiribus, & indiſtrijs,  
Nec uitæ parcentes, nec honoribus, neq;  
Potentiæ ueſtræ, neq; ætati quidem,  
Romanæ auxilium laturos Eccleſiæ.

Et hoc

ACTVS SECVNDVS.

Et hoc magis, quod uos cum omni potentia,  
 Honoribusq; communi in periculo  
 Versimini nobiscum. Communis salus,  
 Perditio eadem. Quandoquidē constat funditus  
 Perire illos, à Romana qui deuiant  
 Fide, utidem eam qui seruant, conseruariet.  
 Quid autem uobis proderit potentia?  
 Quid ætas? quid honor? quidue cuncta dignitas,  
 Fide extincta? Viam in cœlum ignorantibus,  
 Quam solam monstrare potest hic sanctus pater  
 Huc igitur, spreitis, & relictis omnibus,  
 Operam conuertite omnem, ut huius dignitas  
 Conseruetur, demūq; hostium ab iniurijs  
 Cum laude uendicetur uestra, & omnium  
 Per uos prouinciarum firmiter salus.  
 Miramur nos profecto non mediocriter  
 Quis fiat tandem, ut isthoc in negotio  
 Non aliarum tantum regionum principes,  
 Germanicis ab oris longè distiti,  
 Huc usq; quasi ueterno capti dormiant,  
 Petri nauiculam magnis iam propemodum  
 Emclibus inieritur à auxilio non subleuent,  
Sed uos

Sed uos quoq; apud ipsos prope fontes hæresum  
Sedentes, uicini ipsis aduersarijs,  
Nostrisq;, & Romanæ totius Ecclesiæ  
Altum ociosi dormiatis hæcenus,  
Quasi non uestrum quoq; geratur negocium,  
Vestraq; salus non à Papa u pendeat.  
Quod dedecus patris non etiam ad filios  
Pertinet? aut quæ sit patri contumelia,  
Cuius participem se neget esse filius?  
Aut quo uersabitur pater in periculo  
E quo illum non obnixè eripere filius  
Debeat? Vos hunc uocatis patrem atq; dominum,  
Et rectè isthuc, uereq; dicitis. Est enim.  
At hic iam ab hæreticis, & aduersarijs,  
Vestris uicinis, antichristus dicitur,  
Pernicies pietatis, colluies hæresum,  
Superstitionum doctor, fidei pestilens  
Germen. Proscinditur libellis, fabulis,  
Tragedijsq; agitur indignissime.  
Bullæ huius conspuuntur, decreta pereunt,  
Fulmina nihili fiunt, maiestas temnitur.  
Hæc scitis patres, & dilecti filij,

Videtur

## ACTVS SECVNDVS

Videtis, & auditis noctes ferme, ac dies,  
 Et patimini. Vbi isthic filiorum permanet  
 Officium quæso? filiorum erat, patris  
 Iniurias armis, belloq; tollere,  
 Maieſtatis contemptores, incendijs,  
 Cædibus, euerſionibusq; perdere.  
 Hinc eſſetis & ipſi tuti, & ſanctiſſimi  
 Non ita patris contemneretur dignitas.  
 Si familias patrem Antichriſtum nuncupant,  
 Idem certè uobis fiet domeſticis.  
 Incendium hoc neglectum uicinos quoq;  
 Inuoluet, ut extinguendi nulla copia,  
 Quantumlibet cupiatis, fiat poſtea.  
 At uobis iſthæc leuia uidentur forſitan,  
 Parumq; Chriſtianorum omnium patris,  
 Veſtrisq; ſimul iniurijs mouemini,  
 An non etiam mouet uos, quòd Papiſtica,  
 Saluificaq; fides ita miſerè diſcerpitur?  
 Quod tunica domini inconfutilis nunc deniq;  
 Vulgo laceratur, rumpitur, diſcinditur?  
 Miſſa aboletur, ſacramentorum numerus ad  
 Duo eſt redactus. Nemo emit indulgentias.

Reginæ

ACTVS SECVNDVS.

Reginae cœli, diuorumq; disperit  
 Sacer cultus, Meritorum nil iam nondinæ  
 Valent, bonis etiam haud perinde plurimum  
 Tribuitur operibus. Nemo basiat  
 Iam reliquias, nec lac beatæ uirginis,  
 Confessio sublata est nostra, pro suis  
 Nemo peccatis Romam, aut Compostellã adit.  
 Quid uobis commemorem (quod scitis antea,  
 Ut rebus omnibus uicini) in quo statu  
 Res sint monachorum germinis sacerrimi?  
 Periculum hercle est, ne rasorum uerticibus  
 Apud Germanos prorsus intereat genus.  
 Vnâq; tota dispereat Ecclesia.  
 Sacerdotes passim uxores ducunt, preces  
 Horarias omittunt. Quin noui quoq;  
 Sacerdotes instituuntur sine ordine, &  
 Nostris sine, & antiquorum patrum regulis.  
 Quid uobis decedat, quantiâq; autoritas  
 Pendatur uestra, ipsi puto sentitis satis.  
 Nobisq; iuges declarant querimonie.  
 Ieiunia stata obseruat nemo, sed ut libet,  
 Et in quouis tempore uescuntur carnibus,

Ossibus



## ACTVS SECVNDVS

O sibus, ouis, butyro, lacte, piscibus,  
 Scitis in his religionem omnem consistere  
 Nostram, nostrosq; hinc uiuere stabularios.  
 Sublatis igitur, uniuersa tollitur  
 Religio, & noster quæstus interit uetus.  
 Saxeus oportet sit, quem non ista moueant,  
 Et qui non nobis primum suppetias ferat,  
 Deinde & religioni operam probet suam.  
 O Germania multorum Cæsarum patēs,  
 Viris, opibusq; potens, olim inter totius  
 Regiones orbis nobis deuinctissima,  
 Quàm facile dogmatis consensisti malis.  
 O Saxonia olim fidißima Papatui,  
 Quàm prorsus illi immerito fregisti fidem,  
 Quàm te haud iuuat auorum incedere uestigijs.  
 Quanta ex te perniciēs (haud queo sine lachrymis  
 Dicere) religioni exorta est papistica,  
 Verum tamē habes hosce, aliosq; pauculos  
 Communi adhuc intactos ab rubigine,  
 Qui tibi utinam faciem restituant pristinam,  
 Inq; salutis certam reducant semitam.  
 Vos igitur patres, & dilecti filij,

Exurgite

ACTVS PRIMVS.

Exurgite tandem, omnem abijcite socordiam,  
 Armemini, commilitones cogite,  
 Opprimite hæreticos uicinos uestròs, fidem,  
 Atq; religionem nobis restituite, nil  
 Malorum habentem dogmatum. Germaniam  
 Hoc uestram credite lachrymantem poscere.  
 Flagitat idem passis Christus manibus, idem  
 Omnes regiones Christianæ flebili  
 A uobis contendunt uoce. Ipsa deniq;  
 Fides, pietas, honestas, atq; religio,  
 Simulq; conglobati monachorum ordines,  
 Officium isthic requirunt uestrum supplices.  
 Maiorem hinc certè habituri uobis gratiam,  
 Quam erepto è Turcarum manibus Byzantio.  
 Circum uos Turcæ, circum uos Byzantium est.  
 Isthic nostro bellum auspicio capeßite,  
 Interficite, euertite, uastate, in puluerem  
 Redigite, nulli ætati, nulloq; ordini  
 Parcentes. Hoc pater à uobis sanctissimus  
 Cum Romana omni supplex petit Ecclesia.  
 Quod si patri, matriq; uestræ in his opem  
 (Vti sperant, uobisq; est dignum, & laudabile)

D Tuleritis

## ACTVS SECVNDVS

Tuleritis, excepto, quòd nomen maximum,  
 Laudemq; immortalem acquiretis, optimas  
 Etiam è thesauro uobis indulgentias  
 Proment, etiam si fundum inuerti debeat.  
 Dixi. PA. Intelligitis nunc fratres, & filij,  
 Quid à uobis petam, & quid facto opus fiet.  
 Non dubito igitur, quin uestra huc quoq; sententiã  
 Benignè concedat & adiutrices manus  
 Sitis porrecturi. Dic Oncogenes. ON. Ego  
 Me sanctissime pater Romanæ Ecclesiæ  
 A qua dignitatis huius nactus sum gradum  
 Triginta salis aureorum millibus,  
 Multum debere confiteor, nec me parem  
 Vnquam referre posse gratiam scio.  
 Ecclesiæ, fidei, sacrorum sentio,  
 Mcereoq; grauem casum, tum iniurias quoq;  
 Nostras, & sacrificorum, & monca horũ omnium,  
 Tam uindictas cupio, quàm qui maxime.  
 Hæreticos omnes, & præsertim Saxones  
 Meos uicinos, euelli radicitus  
 Malim, quàm Turcis Hierosolymas eripi.  
 Sed ego ad tantas res, pater sanctissime  
 Ob multas causas non sum idoneus. Graui

Sum corpore, quieti deditus, Episcopus,  
 Martis ludum à teneris odi (aiuni) unguibus.  
 Non sum audacis, & intrepidi animi, pecuniæ  
 Nihil est, & fermè animam etiam ipsam debeo.  
 Statuas conflauì argenteas, & omnia,  
 Meos ad ossa de glubi usq; subditos,  
 Me quoq; remouì à uicinis tam, ne mali  
 Quid paterer, & ita ab hæreticis circumdatus  
 Essem. Itaq; alium his rebus tua quærat sanctitas.  
 Alias ad res nunquam officium frustra meum  
 Requires pater. P. A. Ecce Satana, ut dixi tibi.  
 Quid ais tu Disidæmonades? D. I. Ego quoq;  
 Sanctissime pater, afflictis Ecclesiæ, &  
 Perturbatis, & penè perditis lubens  
 Succurrerem rebus, si quid corpusculo  
 Hic inualido uirum adesset, nostræ uel opes  
 Tantam rerum molem possent ferre. Potius  
 Hæc conueniret Cæsari prouincia,  
 Alijsue principibus, qui plurimum & opibus  
 Possunt, & studijs sunt Bellonæ dediti,  
 Quàm cunctis nobis imbellibus Episcopis.  
 Umbra gaudemus, & ocio, solem, gelu,

ACTVS SECVNDVS.

Ventos, & puluerem abominamur maxime.

Nec hostes contra, nec tormenta bellica

Tueri possumus. Quare sanctissime

Pater nos missos fac, nil nobiscum egeris.

Si quid missis, rosarijs, ieiunijs

Non magnis, si quid execrationibus,

Occultisq; potest machinationibus

Aduersus promoueri hæreticos, nos habes.

Armis, & aperta ui agere haud est Episcopi.

PA. Nonne isthæc ante Satana dicebam tibi?

SA. Audi etiã reliquos. PA. Quid tu ais Poly-

strate?

PO. Sãcte pater, si quis in Apostolica gratiam

Sedis, & in fidei tutelam Papistica,

Proq; Monachis, & iure Ecclesiastico

Quid magni fecit, inter eos non ultimum

Me pono. aduersus hæreticos uix sæuior,

Truculentiorq; quisquam fuit. Hoc scilicet

Mei persuaserant mihi doctores, malum

Supplicijs, & ui extingui posse maxime.

Re tentata hæctenus, diuersum comperi, &

Idem quasi quis mare exhaurire cogitet.

Inde

Inde ergo semper fuit animus, totum genus  
 Hæreticorum esse tollendum, aq; stirpibus  
 Euellendum imis, idq; commodissime  
 Me sum arbitratus armis posse consequi, &  
 Exercitu. Quamuis hic me uicinitas  
 Mouebat nonnihil, firmam animum tamen  
 Ius omne fasq; uiolandum pro fide,  
 Et uel parentem occidendum pro Ecclesia  
 Romana, adeoq; pro paternis ritibus.  
 Totus proinde in hoc fui, sumq; hætenus  
 Omnem hæreticam armis nationem tollere.  
 Sed ut una (quod aiunt) uer hirundo non facit,  
 Ita unus uir, uel princeps is sit, non facit  
 Exercitum. nec sanè per se plus potest,  
 Quàm quiuis alius unus ex gregarijs.  
 Exposui proceribus consilium illud meum,  
 Illorumq; fidelem poposci operam mihi,  
 Illi uno uero consilio auxilium mihi  
 Negarunt omnes. Si pro patria, aut finibus  
 Tuendis, aut pro communibus iniurijs  
 Bellum incidat, si uum hostis aliquis deniq;  
 Patriæ mihiue faciat, aut facturus fiet,

ACTVS SECVNDVS.

Se totis adfuturos tum neruis mihi,  
 Responderunt. Romanenses ad se nihil,  
 Neq; Monachos, neq; ius Ecclesiasticum  
 Quicq̃ attinere, nec se iudices fore  
 Fidei, & uestrarū rerum. Quin se ne hoc quid ē  
 Scire merito, an immerito pateremur omnia.  
 Itaq; Sanctissime pater, quid solus queam  
 Non uideo. Non quiescam tamen. Omnis lapis  
 Mouebitur. agam cum proceribus denuo,  
 An opem Romanæ ferre uelint Ecclesiæ.  
 PA Quid ego tibi multa dicam? Iam ipse p̃spicis  
 Quid sit spei. SA. Quasi in his solis nostra ratio  
 Vertatur omnis. PY. Pro me, sanctissime pater,  
 Quanq̃ rogatus non sum, iam tandem loquar.  
 PA. Loquere audacter. PY. Stomacho moto ser-  
 Istorū accepi, ut uix iam præ iracundia (mūculos  
 Loqui possim, adeo hic inueniri neminem,  
 Qui pariter animo, & amore præditus fiet  
 Ecclesiam erga Romanam, & sanctissimum  
 Hunc patrem, cui uitam debemus, & omnia,  
 O tempora, o mores. En me, quantus sum, habes,  
 Protectorem, propugnatorem, uindicem.  
 Faciam, ut. Plura loqui ne queo, adeo iracundia

Incendor, ea obstat lingua, oculis, & memoriae.

SA. En hunc tibi. PA. Aspersit aquam. SA. Sed quis tu es optime?

PY. Ego? Pyrgopolinices, ille Cæsaris primarius Satrapes, nullorum debellator hostium.

Non me nosti? SA. Non eqdē. PY. Quid, Germa Illius certè Holophernis noras intimum? (nici

SA. Pulchrè. PY. Is ego sum. SA. Mores, vultusq; rectè habent.

Sed nomē non conuenit. PY. Alius domi uocor.

SA. Intellico. PY. O si noster ille diutius

Mansisset in uiuis, pulchram tragediam

Vidisses. Romanæ iam pridem Ecclesiæ, &

Episcopis, monachisq; consultum foret.

PO. Vel. PY. Quid uel? PO. Vel conuersa Martis alea,

Peius haberent, q̄ habent. PY. Oh, Nequaquam. Probè

Nostra sibi constabat ratio. Ego eram impiger,

Volitabam huc, illuc, clam, noctu, ac interdum,

Capiebam consilia, sollicitabam oppida

Munita, & populosa, applicabam me equitibus.



## ACTVS SECVNDVS.

Breuius, magnum molimen erat, ratio integra,  
Quæ nunq̄ nos sefellisset. Cognoscerent  
Iam hæretici, uter tandem Deus esset fortior,  
Sanctissimus hic pater, an is, quæ Christū uocāt.  
PA. Ille quidem obiit diem suum, irato Deo,  
Ingens regni firmamentum papistici.  
Quid autem porro tu facturus es cedo?  
PY. Ingētia, & Horribilia. PA. Papæ. quid ob-  
Parabis bellum, illosq̄. teres ui bellica? (secro?  
PY. Facerē hercle, si liceret. PA. Qui min⁹ licet.  
PY. Multi sunt, fortes sunt, iunctiq̄. scedere.  
Deniq̄. nostro haud fieri posset absq̄. sanguine.  
Ego uerò uiam repperi, qua citra sanguinem,  
Nostroq̄. sine periculo uinci queant.  
PA. Astutiū sanè. PY. Ego illos ita reddā, ut tuos  
Aut osculentur, aut amplectantur pedes,  
Aut se exempla sciant cunctis hominibus fore.  
PA. Age optime Pyrgopolimices, dic si licet,  
Quidnā isthuc sit uia. PY. Tacituris omnibus,  
Et quod ferunt nostrates, dicam sub rosa.  
PA. Mutis dixeris, aut si maui, lapidibus. PY.  
Opus est scilicet. In primis, quis me sciant (Hoc  
Euangelicis fuisse aduersum semper, haud

ACTVS SECVNDVS

28

Me tamen ostendam machinari quidpiam  
 In illorum perniciem aperte, Illis nihil  
 Timentibus, nec suspicantibus mali,  
 In omnibus uicis, syluis, & oppidis,  
 Per iuratos meos mouebo incendia.  
 Igni uastabo, quando ferro non licet:  
 Adeo multos conducam incendiarios,  
 Vno, & eodem tempore ut illorum compleant  
 Omnia, Saxoniam præsertim, Turingiam,  
 Et Misnam, Et ante, quæ hostes quid agatur, sciant,  
 Conflagrent uici, ciuitates, prædia,  
 Syluæ, frumenta, & apparatus bellicus,  
 Opes, congestaq; pecunia, pecora, homines.  
 Et, si qui lata euaserint incendia,  
 Ad uiuendum tamen nullam habeant copiam,  
 Nec ad defendendū quidem. PO. Quid postea?  
 PY. Quid postea rogas? paruulus exercitus  
 Prouincias igne uastatas facilimè  
 Tum possidebit, & reliquias ignium  
 Sibi subiugabit, aut delebit funditus.  
 Ita ferme nobis altum dormientibus,  
 Hæreticorum pars opprimetur maxima.

D s

Simile

ACTVS SECVNDVS.

Simile formidabunt exemplum ceteri,  
 Coactiq; facient quicquid sanctissimus  
 Rebus in humanis, diuinisq; iusserit.  
 PA. Benedictus tu fili dilecte Deo tuo.  
 Qui Romanæ ex animo faues Ecclesiæ,  
 Pro nobis teq; polliceris uindicem.  
 Egregium cor tuum, quod isthuc repperit  
 Consilium, nobis incundum, aduersum hostibus.  
 Næ tu solus rectè scis agere principem,  
 Parentes colere tuos, honestis actibus  
 Operam dare ueram, & immortalem gloriam  
 Methodo, nec sollicitis quærere laboribus.  
 Quare facere non possum, quin te exosculer,  
 Tuoq; dilecto capiti imponam manus.  
 Accede igitur ad me. Ecce sic fautoribus  
 Communico meis. lam nunc inclina caput,  
 Ut bona tibi imprecer. Huius nostri rector, &  
 Autor consilij, & mentis formator tuæ,  
 Te corroboret, & confirmet, tuumq; efficax  
 Promoueat consilium semper, & in sæcula,  
 Amen oës dicite. ON. & c. Amē. SA. Non uobis  
 In his deerit opera, lubeto tu tuos

(mea  
Gnauer

Gnauius incendere, ego uentos in aere  
 Ciebo, ut latius uadant incendia  
 PA. Rectè, & p̄ officio feceris. Gaudeo equidè  
 Diuinitus nobis hunc oblatum uirum,  
 Qui labanti Atlas subueniat Ecclesiæ  
 Nunc recipio animum. Quid restat igitur, nisi uas  
 Quàm primum uadas, perfecturus operibus  
 Quæ dicis? PY. Paululū quiddam restat pater.  
 PA. Quid illud est? PY. Oportebit aliquid in  
 Adiutoribus illis incendiarijs (manum  
 Dare. Mihi non est, quod dem, qui stipendijs  
 Mereo plerūq;. PA. Ah. Solidū beneficiū hoc tibi  
 Serua, præstaq; te hic, & alibi maximum.  
 Aliquas tibi, si uis, dabo indulgentias.  
 Aurū, & argentiū non est mihi. PY. Vereor pater  
 Adiutores ne nolint indulgentias,  
 Non multum in re possum ego pecuniaria.  
 Cætera diligenter mihi erunt curæ, pater.  
 PA. Sanè pecunias Romana curia  
 Non dare, sed uenari, & ab alijs capere solet  
 Huic tamen operi tam Christiano nemo opem  
 Negare debet. Quapropter uos cæteri  
 A me sanctum uobis exemplum sumite,

## ACTVS SECVNDVS.

29

Quam liberales vos conueniat in pios,  
 Euangelicosq; esse usus. Effer Porphyri  
 Saccum illum plenum. scis quem dico? In angulo  
 Arcam super ferratã. PO. Scio. PA. Charissime  
 Fili, iam hunc totum accipe. sunt numerata integrè  
 Octo aureorum millia. Da adiutoribus  
 Illis tuis, quantum libet, reliquum tibi  
 Habe. PY. Curabo ne te pœniteat pater  
 Dedisse. PA. Curato. Igni, ferro, & omnibus,  
 Quibus potestis, expugnatè machinis,  
 Nostræ aduersarios omnes monarchiæ.  
 PY. Laudabis pater. PA. Et uos dare decet Epi-  
 Pro censu quemq; suo, p̄q; facultatibus (scopos  
 Vestra quoq; res agitur. Nullam pecuniam  
 Vtilius collocaueritis. ON. Dabimus domi.  
 Illic petito Pyrgopolinices. Ita tamen,  
 Omnibus adiutoribus interdicas tuis,  
 Nostra ut nobis, nostrorumq; intacta maneant.  
 Vicini sumus, error facile committitur.  
 PY. Quin uos mihi hãc curã relinquite. Oia, &  
 Singula constituam nominatim, ne queat  
 Vll̄ cõmitti error. DI. Oportet prorsum hercule.  
 PA. Vestris

ACTVS SECVNDVS.

10

PA. Vestris quoq; Canonicis, Monachisq; dicite,

Quam isthuc opus pium, q̄ utile, q̄ deniq;  
Honestum, eos ne aliquid pigeat attribuere.

ON. Dabūt libēter, certo scio. PA. Scribā quoq;

Et alijs hoc Episcopis Germaniæ,  
Ut idem faciant, nec thesauris parcant suis.

Facile & alia octo possunt cogi millia.

ON. Plus pater. PA. Opinor. tu rerū modo sa-

Pyrgopolinices, nec quid pecunijs (tage

Sollicitus sis. si scenore sumendæ sient,

Quin & si oppignerandus sit sanctus Petrus,

Non deerunt tamen. Honorem pro nobis tuum,

Deumq; hominesq; parui constanter facis.

Aequum est aliquas nos quoq; spernere pecunias.

PY. Intellico sancte pater, & habeo gratiam,

Iam destinatis quoq; referam factis probè.

Hoc unum rogo, quæ inter nos tractauimus,

Sepulta ut sunt, in pectorisq; scrinio

Condantur imo, ne uel hostes, uel alius

Aliquis aliqua resciscat. Hoc tragædiæ,

Quam sum acturus, longe inter prima congruit.

PA. Sat est. Erunt sepulsißima. sententiam

Habebit

CHORVS.

Habebit excommunicationis, in  
 Aurem qui fratri germano horum quidpiam  
 Effutiuerit. PY. Ergo uenia abibo tua?  
 PA. Abi bonis auibus. Vos cæteri quoq;  
 ON. Vale, sanctissime pater. PA. Ite in pace. qd  
 Tibi placet hoc consilium Satana? SA. Sic satis.  
 Sciebã hercle haud ita nos contemptos esse, quin  
 Restaret aliquis rectè nobis deditus.  
 Lubens audiui, uestram diligentiam  
 Perspexi callidè. Et nisi adfuissem ego,  
 Legitimum isthuc consilium non fuisset. PA. Hem  
 Quappter? SA. Ego impleui numerũ. PO. Re-  
 Quã sex essem, ipse septimũ dedit. (Ete pater.

CHORVS.

Mortalium uires canat, quicumq; uult  
 Rerum imperitus arbiter,  
 Illisq; dicat liberum malum, & bonum, &  
 Eandem ad utrumuis uiam.  
 Exempla sed nos multa rerum perdocent,  
 Simulq; sacræ literæ,  
 Ab unguibus nos esse deditos malo  
 Primis, malumq; quærere.

CHORVS.

18

Humana nos huc promouet natiuitas,  
 Corruptum & Adami genus,  
 Diuina ni suffulserit nos dextera,  
 Vt proximemus inferis,  
 Nihilq; tam sit impium, nec tam malum,  
 Quod non amemus exequi.  
 Gaudemus omnes perpetratis peſſimis,  
 Fuſoq; frustra sanguine,  
 Furtoq; rapta proximi ſubſtantia,  
 Damniſue grandibus datis.  
 Quem non iuuat contaminaſſe proximi  
 Famam, thorum, uel gloria m,  
 Si falſa quædam impunitatis ſpes modo,  
 Aut premium refulſerit?  
 Eſt nullus in mortalibus Dei metus,  
 Nullusq; reſta quæritat,  
 Sibi relictus, liberisq; uiribus,  
 Prompta Dei abſq; gratia.  
 Fortes, benigni, perſpicaces, callidi,  
 Citi, efficaſes oppidò,  
 Et indole omnes præditi mirabili, &  
 Magna ſumus prudentia,  
 Liberrimaq;



## ACTVS TERTIVS.

Liberrimaq; omnes uoluntate utimur,  
Contra Deum atq; proximum.  
Verum ad bonum nec cor, nec aures, nec caput,  
Vires nec ullas ingeni,  
Et nec pedes, manusue habemus, sed quasi  
Ad recta mortui sumus.

## ACTVS TERTIVS.

PYRGOPOLINICES, POLIPRI-  
stes, Pyrobulus, Phlegondas.

**A**Deste nunc equites omnes atq; pedites,  
Qui nostra in aula iugiter uersamini,  
Quiq; estis ditioni subiecti meae,  
Facile uobis licebit iam ditescere,  
Et absq; magnis uitam agere laboribus.  
Nam saccus iste, quem auro cernitis grauem,  
Inter fideles quosdam diuidendus est.  
Ut paruum aliquid duntaxat faciant, quod sicut  
In nostrum, & rerum publicarum commodum.  
Inter uos ergo si quis est industrius,  
Talisq; cui recte quid committi queat,  
Prodat se mihi. Faxo, non spernendam auferat  
Auri huius portionem. Omnes acceditis

## ACTVS TERTIVS.

12

Hiantes, sed ego ipse ferè uideo, quinam ad hoc  
 Idonei sint. Polipristes, Pyrobole tu,  
 Atq; Phlegonda manete, abite cæteri,  
 Alia uobis expectanda erit occasio.  
 Nec addecet etiam proferre in publicum  
 Rem, quam paucis notam, & celatam quis uelit.  
 Vos tres præ cæteris idoneos puto  
 Ad rem, quam paro, neq; fides, neq; taciturnitas,  
 Nec singularis uobis deest industria.  
 Ut igitur uobiscum iam aperte fabuler,  
 Per omnes in primis iurate mihi Deos,  
 Mortalium, immortaliumq;, nemini  
 Dicturos uerbum de his, quæ uobiscum loquar.  
 POL. Iurabimus libenter. Et iam nunc Deas,  
 Deosq; iuramus tam nostros, quam tuos,  
 Nos uerborum omnium nunq; fore futiles,  
 Quæcunq; inter nos commentabuntur hodie.  
 Hoccine satis? PY. Est. Iã nũc accipite, qd uelim.  
 Placuit Romano Pontifici, & Episcopis,  
 Mihiq;, & cæteris papistici gregis,  
 Hæreticos uicinos nostros radicitus  
 Euelli, igniq; uastari illorum omnia.

E

Saxoniam

## ACTVS QVARTVS.

Saxoniã in primis, & Misnam, & Turingiam,  
 Voilandiam, Hessiam, his ceq; iunctos scedere,  
 F dei consensu, comitatus, oppida,

Comitatum Plessensem, Embeccũ, Brunsvigiã,  
 Goslariam, Northusiam, aliaq; proxima.

His uastatis primum, tum quoq; de cæteris  
 Deliberabimus. Ad opus isthuc tam pium,  
 Et publicis quoq; multum rebus utile.

Hæc à patribus auri nobis copia data est,  
 Ut ad rem aptos hinc conducamus homines,  
 Quales uos esse arbitror. Igitur si quid placet  
 In ocio uiuere, nulloq; negotio

Ditari, in promptu est, hinc iam maxime licet.  
 Suscipite opus, facite, ut conflagent omnia, &  
 Mortalium hæretici fiant miserrimi.  
 Labor exiguus, & ociosis commodus.

POL. Cur non princeps in hoc, inq; alijs omnibus  
 Voluntati lubentes geremus tuæ

Morem? Præsertim quum scias nos operibus  
 Operam honestis dedisse semper. Idem his quoq;  
 Placere opinor. PY. Pyrobole quid animi habes?

PYRO. Meis quicquid principibus, & pecuniæ,  
 Idem mihi quoq; semper placet. PY. At qd tu ais

ACTVS QVARTVS.

Phlegonda? PH. Pro pecunia princeps ego  
Facile conduci possum, ut imiter Orphea,  
Descendam ad inferos, ne dum mortalibus  
Cede, aut incendijs aduerser sedulo.  
PY. Placetis omnes. Sed quid uobis poscitis  
Dari pro opera? PO. Quia princeps grã de piculũ  
Nostrã uitã subest, certẽ quicquid datur  
Nimium esse non potest. PY. Intellico satis.  
Sed ferre ne potestis, ut pronunciem?  
PO. Bene. Vt unus omnium nomine respondeã.  
PY. Recte satis. Igitur octingentos tibi  
Polipristes, tibi sexcentos, tantundem tibi  
Phlegonda dabo. Siccine satis? PO. Accipimũs.  
Anteq̃ abeatis hinc, quinquaginta statim (PY. Et  
Numerabuntur, reliquum de in bona fide,  
Post egregia aliquot peracta facinora  
Dabitur. Estote duntaxat fortes uiri,  
Et agite rẽ gnauiter. PO. Haud nos quisq̃ arguet.  
PY. At nolo quoq; unũquẽq; uestrum qu indecim  
Alios in hoc pium opus incendiarios  
Vel plures, si licet, alicubi conducere.  
Sunt multi homines egeni, pauperes, mali,

ACTVS TERTIVS.

Bibones, ociosi, lufores, nihil  
 Habentes penſi, decoctores ſtrenui,  
 Subulci, opiliones, bubulci, & ſordidi  
 Quidam inſtitores, & mendici publici.  
 Illos paruo, denarijs octo, aut decem,  
 Quin uel uini, cereuiſiæue caniharo  
 Conducere poteſtis, uti plus, quàm uos, agāt  
 PO. Fieri poteſt. PYR. Et ſi quid illis amplius  
 Promiſeritis, fraudate, quibus tandem modis  
 Poteritis. PO. Op<sup>9</sup> ē hercle. PYR. uno ergo im  
 In ante dictis regionibus, ac oppidis, (petu  
 Vbiq; ceu locuſtæ, uos diſpergite,  
 Ut nocte una plurima ſurgant incendia,  
 Et multa oppida, uiciq; exurantur ſimul.  
 Prius, quàm quid fiat, uicini ſentiant.  
 PO. Operæ precium erit. PYR. Maiorem tamē  
 in modum  
 Cauete, & ueſtris cunctis interdicate,  
 In ditionibus ne quid paſticiſ,  
 Nempe meis, uel uicini alicuius Episcopi  
 Vel igni, uel ferro committatur mali.  
 PO. Cauebim<sup>9</sup> princeps attē. PYR. Cōgruit.  
 Heus puer. Iſthinc numerā quinquaginta aureos

## ACTVS TERTIVS.

34

Horum unicuiq; Quibus acceptis celeriter,  
 Et è uestigio factum contendite,  
 Quæ iam inter nos conclusa sunt. PO. Ocyssime  
 Ibimus. Et hodie si Vulcanus fauerit,  
 Hyemis rigorem hæreticis temperabimus.

## CHORVS.

Vis magna fortes sæpe pecuniæ  
 Mouit uiros, ut iusticiæ uijis  
 Retro relictis, cor, manusq;  
 Vendiderint sceleri nefando.

At illa rursus seruijt ad bonum  
 Plærisq; rebus commoda publicis  
 Per multa, priuatisq; clarè  
 Attulit, atq; feret futuris.

Quid interest ergo? Impius, & pius  
 Humana uulgo ductus in omnia  
 Vfus. Pijis non fit ruina  
 Copia magna pecuniarum.

At rariores sint aue candida  
 Quum iam pij, sit plenus & impijs  
 Mundus, uidemus multum ubiq;  
 Ex opibus scelerum parari.

E 3

# ACTVS QVARTVS.

## PHILALETHES, PROBVS.

**S**equere me aliquò deambulatum iam Probe.  
PR. Sequor. PH. Animo aliquid ægrè est,  
quid rei tamen

Sit, ignoro. PR. Executièdū ē. PH. Rectè, si queã.

Aliquid mihi animus certe præfagit mali,

Quantã Probe nos habeamus multa principes,

Quibus curæ, & graues animi ægretudines,

Quæ sæpe nobis accidunt, præ cæteris,

Molliri, aut expelli queant, si quis tamen

Agere uere, recteq; principem uolet,

Dignamq; rebus habere sollicitudinem,

Is nulla tantum oblectamenta sentiet,

Nullasq; posse delicias, quin sæpius

Altus corde dolor sit premendus, & animum

Mordaces rodant curæ, & sollicitudines.

Si quid mali in tota usq; sit provincia,

Si quid malarum machinationum, ab his

Qui priuatim, publicèue nobis male uolunt,

Exoritur, si quid detrimentum usu uenit,

*Id nos*

## ACTVS QVARTVS.

19

Id nos sentimus primi, primos conuenit  
 Præsidio, & auxilio esse rebus in omnibus.  
 Vitæ huius qui splendorem nobis inuident,  
 Impie, ne dicam stulte, facere mihi  
 Videntur, quum priuatorum nemo non ferè  
 Quietius, quàm omnes terrarum principes,  
 Viuat. Magnum imperium, magnæ molestiæ,  
 Opes magnas curæ sequuntur plurimæ,  
 Vt dictum est olim, qui mel cupit, apes ferat  
 Oportet. PR. Isthæc hercle sunt uerissima.  
 Et ita Deo uisum est, esse in mundo omnia  
 Commista, temperataq; bonis, & malis,  
 Vt rerum homines crucient uicissitudines,  
 Et nusquam stabilis isthic sit scelicitas,  
 Quam aliquis non casus turbet, aut molestia.  
 PH. Hoc sane, si quis alius, & ego sentio.  
 Iamq; uereor ne hæc ægritudo forsitan  
 Alicuius indicium mali sit, aut mihi,  
 Aut subditis obiecti. PRO. Auertat hoc Deus.  
 Nō arbitror. PH. Spero & ego, et ppter ea magis  
 Quòd nec Trechidius aduenit, nec Ocypus,  
 Quos res odoratum emisi, & negotia.

E      Siquid



## ACTVS QVARTVS.

Si quid scitu esset dignum, iam dudum scio,  
 Alteruter aut ambo uenissent. Haud probè  
 Vlla esse superflua potest cura. Episcopi,  
 Alij; Euangelij osores, nos omnibus,  
 Quod scis, oppugnant machinis. Nec quidpiam  
 Tanti emerèt, quanti interitū Euāgeli, & omnium  
 Id qui præ nugis diligunt Papisticis.  
 PRO. Apparet hercle, & studijs monstrant suis,  
 Se non quieturos, nisi nos oppresserint,  
<sup>ad uicarij</sup> suam usq; tot adamatam sæculis  
 Aduersum Euangelij fulgorem texerint.  
 Certum est tamen hominum studia contra Deum  
 Sirepitis multorum esse foliorum friuolos.  
 Si cogitant mala, dominus est qui dissipat,  
 Si decernunt mala, dominus uertiginis  
 Immittit spiritum, ut quo uadant, nesciant.  
 PHI. Facit hoc dominus, suorum qui curam gerit,  
 Tamen idem etiam flagellat nonnunquam suos,  
 Ut magis, atq; magis seruet in officio, ac probet.  
 Sed redeamus iam intrò. Estne is noster Ocypus?  
 Est prorsus. PRO. Est. PH. Faxo sciã qd adferat.  
 Philalethes

PHILALETHES, PROBVS,

Ocyus, Trechidius.

**H**em uenisti Ocyus? quid fers? quid nuncias?  
 OC. Adfero quidem princeps, sed quod no-  
 lem, malum.

PH. Hoc quidem non est nouum. Sed quid cedo?

OC. Embeccensis tota igni perijt ciuitas.

PH. Quid narras? OCY. Verum princeps, spe-  
 Etaculum fuit

Miserandū, & calamitosum, ut ad narrandū ego

Non sufficiam. Nihil domorum relliqui

Ignis fecit? quid rerum atq; supellectilis,

Quid opum, frumentorumq; perierit, ipsa res

Omnes homines facile rationem docuerit.

PH. Calamitatē haud uulgarem narras Ocyus.

OC. Northusiae quoq; bis natum est incendium,

Quod quamq; insigne damnū dederit, est tamen o

Restinctum, ne totum inflammaret oppidum.

Passim quoq; in uicis surgunt incendia.

Atq; equidem, quantū mihi animaduertere licet,

In his praesertim, qui nostrorum dogmatum

E 1 Censentur

ACTVS QVARTVS.

Cēsent. PH. Ecce Probe, an læu<sup>o</sup> mihi fuerit  
 Animus. PR. Hoc arguit princeps satis, ac super.  
 PH. Fortuito accidit, an data opera? OC. Data  
 Opera, nec ulla factum negligentia. (ferūt  
 PH. Quis huius illis calamitatis autor est?  
 OC. Nescitur certum, quidam diuinent licet.  
 PH. Hē & Threchidi<sup>o</sup> aduenit, haud dubie nūci<sup>o</sup>  
 Et ipse mali alicuius facti. PR. Isthuc quidem  
 Sat est malorum, etiamsi aliud nihil adferat.  
 PH. Quid narras Trechidi? Num sunt salua oīa?  
 TR. Non omnino princeps. PH. Nō? Qua ppter  
 TR. Quoquo uersū iui, in oppidis incēdia, (cedē  
 Vicisq; consurgunt. Atq; in Voilandia  
 Triptosis, & Pausa conflagrarunt funditus,  
 Illiq; tui immerito periere subditi,  
 Summam ad inopiam raptim redacti scilicet.  
 PH. O Deus, hoc erat, animū qđ agitabat meū.  
 Quid aiunt Trechidi? Num negligentia  
 Est factum, an hostili quadam ex industria?  
 TRE. Studiose aiūt factū, sed quare, & à quibus,  
 Scire nequeunt. PH. Non poterit celari tamen  
 Perpetuō. rem miseram, & inauditam, & nouam  
 Iam nunciastis ambo. OCY. Nos potius bonam

## ACTVS QVARTVS.

Vellemus nunciasse princeps, si ad manum  
Fuisset, uerum insignis hominum malicia,  
Et furij hoc agitatum sæculum haud finit.  
Fit igitur, ut audiatur semper plus mali,  
Quam boni, & Ates caleant aures negocijs  
Ferre omnium. PH. Verum dicis, Proinde uos  
Abite rursus, & circumspicite omnia,  
Et ubiq; diligenter animum aduertite.  
Quid rerum uel boni geratur, uel mali,  
Et quàm primū referte ad me. OC. Imus, atq; res  
Longe canibus sagacius odorabimur.

### PROBUS, PHILAETHES.

**D**emiror princeps, unde hoc tantum sit mali.  
Vah tot ubiq; incēdia, tot dāna maxima, &  
Irrecuperabilia per ætatem. Haud scio  
Tamen aliquem nobis hostem esse publicum,  
Atq; manifestum. PH. Non est. porro plurimi  
Sunt clandestini insidiatores, quòd sciam.  
PRO. Hoc nil certius. At tantæ illos audaciæ  
Non esse reor, nec tantis sese sceleribus  
Contaminare uelle. PH. De hoste nil licet

Sperare

ACTVS QVARTVS.

Sperare boni. Illorū hominū magnus numerus est  
 Et ingens colluuiēs, probè de quibus queat  
 Dauidicum illud uerè dici, nullus est  
 Ante oculos illorum plāne Dei timor.  
 Sunt etiam multi, quibus Erostrati placet  
 Exemplum. Sunt Nerones quoq; qui facinora  
 Se nulla censeant indigna, sed hominum,  
 Rerumq; in miserijs, damnisq; maximis  
 Exultent <sup>et</sup> <sup>ad</sup> <sup>orbis</sup> <sup>cantent</sup> <sup>Ih.</sup>

Dubitas tu quin ab Episcopis incendia  
 Isthæc exorta sint? PRO. Dubitarem maxime  
 De tam sanctis, Pri. eps patribus Episcopis,  
 Monachisq; alijsq; scederis papistici,  
 An talia nefanda patrarent facinora, ni  
 Sat ante illorum esset mihi perspectus furor.

PH. Addo etiā odiū nos aduersum inexpiabile.

PRO. Rectè. PH. Manifesta ui desperant forsua  
 Dei nos auxilio fretos posse opprimi,  
 Quare latrocinijs rem tentant exequi.

PRO. Verisimile hercle, moribusq; pessimis,  
 Studijsq; perpetuis decens Papisticis.

PH. Quicqd' tandē est in hostiū conditū animis,  
 Et unde improiise tanta orta sunt mala,

ACTVS Q VARTVS.

Multus procul dubio declarabit dies.

Hæc uerba tum non multum aberrasse à scopo

Intelliges. PRO. Quin ego iam satis intelligo

Hæc aliunde mala oriri non potuisse, ni

Quòd certius tempore noscemus singula.

PH. Faxit Deus, ut q̄ primum innotescat parens

Occulti istius, exitialisq; incendij.

Tu age, nostram in omnem ditionem litteras

Interea scribito. ut in uicis, atq; oppidis

Homines cautè inuigilent noctu, ac interdium.

Obseruent, excutiantq; ignotos hospites,

Vagari ignotos quoq; ne mendicos sinant,

Nec instuores quosq; nondinarios,

Nec aliud aliquod ignotorum hominum genus,

Se, suaq; tam nobis defendant, quàm sibi,

Ne similia incautis detrimenta accidant.

PRO. Faciã, & factu est opus. Ibo igitur recta.

PH. I cito.

PR. Atat, qd sibi isthæc uult turba? PH. Nescio.

PR. Captiuos quosdã ducüt. PH. Tãtisper mane

Donec scierimus, quidnam sit negocij.

Immo uade expiscatum rem, & renuncia.

Probus

ACTVS QVARTVS.

PROBVS, PHILALETHES, CA-  
corihotes, Polipristes, Pyrobolus, Phlegōdas.

**E**Vax, de quo iam, princeps, uerba fecimus,  
Quodq; libet cognoscere, licebit maxime.

Captos adducunt tris incendiarios

*ἰν' αὐτοπόρῳ* præhensos, sicut prædicant.

PH. O factum bene. Tradantur mox lorarijs,

Et carnifex accersatur ocys,

Illos qui examinet, adq; uerum torqueat.

PRO. Vade stator isthuc expeditū. PH. Dic Pro

Vt eos adducant huc, interrogem ut interim. (be

PRO. Heus huc lorarij, uinctos adducite.

Vos quantum audio, nostras igni prouincias

lulistis expugnatum? PO. Nō. PH. Quot oppida

Inflāmastis? PO. Nulla. PH. Negatis? Vult? tamē

Vestri indicant, & si negetis maxime.

Si sponte nolueritis, tormenta facient,

Vt uerum confiteamini, si parcitis

Vobis ipsis, nunc ueritatem promite.

Quis tanta conduxit homo uos ad facinora?

Quin mihi dicitis? PHL. Ad nulla conducti sum?

PH. Ad nulla? Non pudet? præhensi estis tamen

## ACTVS QVARTVS.

In factio. PO. Per negam<sup>9</sup> princeps-PR. Hi qdē  
Ad extremum negauerint usq; halitum,  
Sed ueritatis ipse iam artifex adest,  
Cui trade, legibus ut examinet suis.  
PH. Nempe faciūdū est. hos Cacorthotes cape,  
Et separatim uerum exculpe à singulis,  
Fidiculis, alijsue notis artibus,  
Quandoquidem alia nolunt ratione dicere.  
CA. Vos aduenisse gratulor grati hospites.  
Cœna dabitur. Oh de cœna tam cito gratiam?  
Vultis ne ludam uobiscum more meo?  
Video uos uelle. ueni huc tu exucce, ac pallide.  
Robustos hosce, ac præpingues aliò inter me  
Abducite. Quid statis? Quid ad hos? ad me (ingo)  
Respice. Te nihil, o bone, opus est signum dare  
Digito, sat ego illi recte significauero.  
Quin abducitis? hic sede tu, ut tecum loquar.  
Heus discipule, Quid stas caudex? re ro manus,  
Ut nosti, colliga. Funem demitte, tum  
Ad Girgillum consistito, atq; machin s.  
Quid dicturus es an non, quid feceris? FO. Nihil  
Feci. CA. Boni fortassis. Credo isiluc tili.  
Quid



ACTVS QVARTVS.

Quid autē fecisti mali? PO. Nihil. CA. Hē nihil  
Incredibile dicis, Nam raro huiusmodi  
Meam ueniunt in disciplinam. Nota sunt  
Omnia uestra prius. Non est effugij locus.  
Quin etiam totus oles incendia. Si sapis,  
Verum fatebere. Dicis, an non? PO. Nil scio.  
CA. Ita pleriq; omnes confitentur, in meum  
Recens qui ueniunt ludum, cæterum horulam  
Quum uersati sunt in ludo, mox quæ prius  
Ignorabant, didicerunt omnia. Tu quoq;  
Faxo discas. In altum rape, quantum potes,  
Hominem rectè, quot pondo habeat librabimus.  
Lapidem hunc quoq; addam pedibus, ponderosior  
Quo fiat. Sine nūc. PO. Heu heu p Deū obsecro,  
Dimitte me, narrabo, quæ scio, omnia.  
CA. Mētiris homo neq;. PO. Ah non mētior opti-  
Cacorthotes. Ah rogo, fatebor omnia. (me  
CA. Vide sis. Non perinde tutum est credere  
Illis, mendaces qui sunt inuenti semel.  
Remitte Harpax. Iam probè rogato quidlibet,  
Respondebit, puto ueritatem, si sapit,  
Nisi dirumpi mauult. PRO. Vbi locorū ignibus  
Regionem

Regionem uastasti? PO. In Saxoniae terminis.

PR. Quos uicos, quæue inflammaſti oppida? PO.

Embeccensis mea, meorumq; periit (Ciuitas

Opera. Noribufiam, uicosq; plurimos

Similiter perdere aggressi sum? PR. Euge. qua

Spe? quo proposito fecisti? PO. Pecunia

Corruptus sum ipse, corruptiq; identidem

Alios. PR. A quo corruptus es? PO. Nescio. CA.

Trabe.

PO. Sine, dicam, A Pyrgopolinice. PH. Hem,

Quid ais latro?

PO. A Pyrgopolinice, inq;. PH. A uicino? PO.

Haud nego.

PH. Deum immortalẽ, quid loquar? Quid audio?

PR. Quid ab illo accepisti? PO. Promisit aureos

Daturum octingentos, quinquaginta dedit.

PR. Quid illis quinquaginta fecisti? PO. In meos

Dispensavi adiutores quindecim. PR. Bene, &

Tot habes adiutores? PO. Tot. PR. Quo nomi-

ne? Vbi sunt?

PO. Nomina dicam post, sed ubi iam sint nescio.

Nam ubiq; dispersi sunt, sicut Apostoli.

F

Et ipsi

ACTVS QVARTVS.

PRO. Et ipsi incendia moliuntur? PO. Arbitror.

Si modo promissis facere uoluerint satis.

PRO. Alij duo, nunquid socij sunt facinoris?

PO. Sunt. Ab eodem conducti, & si minoris. At

Etiam ipsi acceperunt quinquaginta aureos.

PRO. Pyrgopolinici tantum unde est pecunia?

PO. Audiui partim Papam, partim Episcopos

Dedisse uicinos. PRO. In hunc usum forsitan,

Vt regiones inflammentur Germaniae?

PO. Nae, Sed duntaxat illae, quae Papisticis

Non acquiescunt doctrinis. In caeteris

Vlla uetuti sumus mouere incendia.

PRO. Quid facturi deinde, exustis omnibus?

PO. Non admodum hoc comperitum est mihi, di-

cam tamen.

Quibusdam quod ab equitibus accepi. Omnibus

Ita ubiq; exustis, factionis principes

Euangelicis mortem cunctis infligere,

Et illorum subijcere uelle sibi omnia.

PRO. Pulchre. ταῦτα ἡ κείται θύει ἐν γούνασι

PHI. Ita opinor hercle. Sed satis hic cōfessus est.

Amoneatur, & adducantur reliqui duo,

## ACTVS QVARTVS.

41

Vt audiamus. CA. Heus lorari, Auribus  
 Estis mire crassis. Illos adducite.  
 Ambos. Huc Harpax, Hic bonus ingre di nequit.  
 Adeo est timore perterritus. Accipe pedes,  
 Vt super hæc interim ponamus stramina.  
 Sine sic quiescere. Quid vos interea boni  
 Vobis cõsulistis? PY. Nihil. CA. Hoc non pro.  
 Ecce hic uestrũ uidetis socium facinoris (deru.  
 Quam benè se habeat, quàm sit recenti caseo  
 Fragilior, molliorq;. Sic dura soleo  
 Hominum artibus meis pectora confringere.  
 Noluit & iste primum confiterier,  
 Iam uero ingenue, atq; luculenter omnia  
 Tam sua, quam uostra, cruciatu uictus, fassus est.  
 Vt, etiamsi Harpocrate sitis, siue statuis  
 Taciturniores, morti uos nihil tamen  
 Eripiat. Si dixeritis sponte, plurimos  
 Poteritis cruciatus euitare methodo.  
 Sin sponte confiteri omnia nolueritis,  
 Phy, is ego sum hercules, tantos qui uincere  
 Tamen possim. Dicetis, nec ne? PY. Dicimus  
 Nos innocentes esse. CA. Eia. Scio hercule.

F 2 Sci.

## ACTVS QVARTVS.

Scilicet, uti ludas alios inter Apostolos.  
 Nihil agimus, & frustra sic totum laceramus diē.  
 Ades dum Harpax, & assiste, manus, q̄ potes,  
 Arcuissime constringito, donec proruat  
 Ex unguibus sanguis, lapides alios quoq;  
 Adfero grandiores. PY. Parce quæsumus,  
 Dicemus ueritatem rebus in omnibus.  
 CA. Ho tam cito. Viros alios esse credidi.  
 PHL. Ab optime magister relaxa paululum.  
 Ipsi quoq; crepant pollices. CA. Sic addecet  
 Ludere cum facinorosis. Hæc principia sunt  
 Duntaxat, Nondum gustastis, quid sit pati.  
 Dicite nunc ergo, si quid tandem dicitis.  
 PY. Fatemur nos incendiarios. CA. Bene,  
 Quid postea? PY. Pausam, atq; Triptosim simul  
 Succendimus, uicosq; aliquot. PR. Habetis &  
 Alios quosdam adiutores? PH. Ita, tantummodo  
 Triginta, paucis conductos denarijs.  
 PR. Quis uos cōduxit? PY. Pyrgopolinices. PR.  
 Oēs nēpe igni uastādas puincias? (Ad has  
 PY. Etiam. Quorundam Episcoporū dicitur  
 Papæq; consilio, & auxilio res agi.  
PRO. Et hæc

ACTVS QVARTVS.

42

PRO. Et hæc omnia, teste Deo, confitemini  
 Vos fecisse, atq; audiuisse? PHL. Oïno, Atq; ita  
 Nobis propicius sit Deus, ut hæc uera sunt.  
 PH. Satis est. Abducite iam oës, quo scitis. Egdẽ  
 Statuam in his exemplum, ut, quid adiutoribus,  
 Similiumq; facinorum studiosis fiet  
 Expeclãdum, cognoscatur, PRO. Res postulat.

PHILALETHES PROBVS.

EVge Probe, quod latuit, in lucem prodijt.  
 Ecce autem de patribus nostris Episcopis?  
 Quam Euangelice illorum innotescit spiritus  
 Magis, ac magis? Ut in castra libenter sua  
 Nos pertraherent? Veh quanto agunt molimine,  
 Synagogæ ut Romanæ uoremus stercora?  
 Bellum uicinum Pyrgopolinicen quoq;  
 Ut se pium sceleris præbet satellitem?  
 Quam non potest homo suauis quiescere?  
 PRO. Exhorruï princeps, audito nomine  
 Pyrgopolinices. PH. Quã ppter? Forsan times,  
 Ne nos uiuentes, atq; crudos deuoret?

F ; PRO.

ACTVS Q VARTVS.

PRO. Non equidē stuc. Non est tantarū uirium,  
 Aliquid ut aperte incommodare possiet.  
 Grassatorum, ac latronum furtiua scelera  
 Nemo satis unq̄ cauit. At propterea ego  
 Exhorruī, quod factis ille talibus  
 Sese mundo prodat, neq; necessariam  
 Tam aperte frustra sibi pariat infamiam.  
 Nō sum ego princeps, ante tamē mihi caput uelim  
 Reuulsum, quā̄m operi esse affinem tam ignobili.  
 PH. Pulchrū autē est semper hominē esse similem  
 Ouis ex lupo non fit, cicures maxime (Sui.  
 Licet. Qui frontem perfricuit, in omnia  
 Deinceps erumpit scelera audacter Probe.  
 Quid si cuncta exquisitius ex ipso quoq;  
 Pyrgopolimice perconter, & ex postulem,  
 Cur uicinus tantam moueat Tragcediam?  
 Quid censes? PRO. Siquidem liceret. Litteris  
 Frustra egeris. Colloquium uitabit tuum  
 Male sibi conscius. PHI. Tentandum est. Scribito  
 Amicē, rem esse magnam, quā̄m illi peruelim  
 Communicare. Accedat, publica data  
 Fide, & securitate. PRO. Non ueniet scio.  
 PHI.

## ACTVS QVARTVS.

43

PHI. Fingito tamen, ut fieri in comædijs solet.

Si noluerit uenire princeps, dummodo

Veniat Pyrgopolinices. PRO. Noui, quid uelis.

Ita illum nullo huc pertraham negotio.

PH. Fac. Audiemus quidnam ad rem respondeat.

Alios quoq; uicinos accerse Principes,

Vt unâ consilio intersint. PRO. Intellego.

PH. His expeditis litteris, illas quoq;

Vbiq; regionum affigendas expedi,

Homines ut se, & sua cautius custodiant.

PRO. Curauero. PH. Velim cito. PRO. Nulla

in me erit mora.

## CHORVS.

## Coriambicum.

Vt recti stabilis gloria permanet,

Virtutisq; decus perpetuò uiret,

Quamquam sollicitus prætereat labor,

Vel Parcæ rapiant diem.

Sic durat malefacti exiguus quoq;

In longinquum odor, & dedecus aggrauat.

Quamq; sollicitus prætereat labor,

E 4 Vel



## CHORVS.

*Vel Parce rapiant diem.*

*In lucem properat sponte sua bonum,  
Venans commeritæ præmia gloriæ,  
Quamuis ultro ea sint obuia, debitis  
Nec fraudant bona honoribus.*

*At contra mala se condere iugiter  
Quærant, & tenebris perpetuis tegi,  
Sed leges prohibent, omnia nec sinit  
Extremus retegens dies.*

*Virtutes igitur quærite splendidas,  
Sit cordi pietas, atq; Dei timor,  
Nec uos decipiãt illecebræ mali,  
Nec mundi dubius fauor.*

## ACTVS QVINTVS.

PYRGOPOLINICES.

*Strabax.*

*Quamq̃ scio me ad inimicum ire, cui lubens  
Male faxim, si queam, q̃ quod feci, amplius  
Ibo tamen auditum, quid magni mihi uelit  
Com-*

## ACTVS Q VINTVS.

44

Communicare. Nondum nouit forsitan,  
 Quid in suam, suorumq; interitum parem,  
 ST. Non credo nosse. Agimus enim occulte oppi  
 Si nosset, nunq̄ ambiret tecum colloqui. (dò.  
 PY. Autumo. Posset tamen aliquid ex incendijs  
 More hominum suspicari, quando quidem sibi  
 Me scit non adeò esse beneuolum. Sed nil moror.  
 Quid de me suspicetur, uel liquidò etiam  
 Sciat. Quippe animum ita ego obfirmavi meum,  
 Hæreticis male ut & faciam perpetuo, & uelim.  
 Illorum omnem æque paruipendo gratiam,  
 Ut iram contemno. Ego maneo Germanicus  
 Pyrgopolinices. ST. Sic est. PY. Pausa, & Trip-  
 tosis,  
 Embeccum quoq; bene habent. Utinam Goslaria  
 Brunswigia, Norihusia, cunctaq; relliquæ  
 Vna cum ipsis hæreticorum prouincijs  
 Simili haberent modo. ST. Habituræ sunt prope.  
 Si nostri modo non cessarint Apostoli. (diem.  
 PY. Si cessarint, alios emittam protinus.  
 Sed eamus nunc. Sequimini me satellites.

ACTVS QVINTVS.

PHILALETHES, PYRGOPOLL  
nices, Strabax, Polipristes, Pyrobolus,  
Phlegondas.

**R**Ecte fecistis, amici, & uicini mei (uelim  
Quod cōueneritis. Nā est, quod uos mecum  
Cognoscere, qđ quidē in rē uestrā erit, & meā.  
Sedete igitur, ut uobis exponam. Haud opus  
Equidem his ceremonijs. Ad me propius uolo.  
Scire omnes uos, opinor, multa pauculis  
Diebus hisce ubiq; orta esse incendia,  
Magnaq; uicis certis, ac ciuitatibus  
Damna esse illata, & illis solis, qui fidem  
Nobiscum eandem profitentur, quod quidem  
Statim me fecit suspicari, Episcopos,  
Aliosue quosdam germinis Papistici  
Tanta aduersum nos scelera moliri, attamen  
Certum scire haud potui. Tris autem proxime  
Prehensi sunt incendiarij, Deo  
Ita nostris rebus consulente publicis.  
Illos percontatus sum more, quo decet,  
De singulis. Confessi sunt ab Episcopis,

Et

## ACTVS Q. VINTVS.

45

Et Papa hoc esse mali, atq; se pecunijs  
Conductos à Pyrgopolinice, ut ignibus  
Nostra usquequaq; uastent. Video arrigere uos  
Aures ad Pyrgopolinice nomen, & ad hoc  
Atrox, & crudele facinus. Mi quoq; fuit  
Miraculi loco primum, uix credidi  
Et principem, & uicinum tanto scelere se  
Contaminare uelle. Sed constanter, &  
Vno, ut ferunt, ore illi affirmarunt, ita  
Habere. Quid multa? Ita tandem credidi,  
Ex ipso donec certius cognoscerem.  
Rogavi huc accedat munitus publica  
Fide, promisit, & iam uenturum arbitror.  
Vos huic uolui cognitioni interesse, ut &  
Plane illum cognoscatis, qualis uir siet,  
Communibusq; pro uobis periculis  
In tempore succurratis. Heus uinctos Probe  
Iubeto illuc statui te ctos scenomate,  
Ut mox, cum iussero, producantur. Tu mane,  
Dic alicui satellitum. PY. Habesne literas,  
Quas ille ad me scripsit super aduentu huc meo?  
STR. Hic sunt. PY. Recte, da mihi. PHI. Venit  
homo. Nam loqui,

ACTVS Q VINTVS.

Ni fallor, audiui foris. I Probe obuam.

PY. Tu mecum intro Strabax. Vos hic satellites

Manete interea. Saluete omnes; PHI. Det tibi

Dēus, optime Pyrgopolinices, quæ meritis es.

Aside. PY. Rogatus sum Philalethes litteris

Istis tuis, ad te uenirem, nescio

Quibus de rebus mecum habentem colloqui.

Adsum igitur auditurus, quidnam me uelis.

PHI. Rogasse me fateor, & habeo gratiam,

Quod non dedignatus sis aduenire, Quid

Autem sit, cuius ergo te accersuerim,

Paucis dabo Pyrgopolinices optime,

Tu fac attendas diligenter. Plurimi

Vbiq; uici, & ciuitates ignibus

Dispereunt, & apud nos solos, quos dicitis

Hæreticos, Nec casu hoc, sed ex industria

Contingit, Quorū autē hominū, incertū dicitur.

Nonnulli facere dicunt Episcopos,

Nonnulli te antesignanum esse musitant

Furoris huius contra nos Papistici.

Princeps, & uicinus es, haud libuit credere

Tam ignobile de te facinus. Nam & si maxime

Nobis

ACTVS QVINTVS.

Nobis male uelles, non commissurum tamen  
 Rebar te. ut summam propter nos infamiam  
 Subires, teq; sugllandum posteris,  
 Neq; tuis laudandum omnibus proponeres.  
 Cupio proinde isthuc ex te ipso discere  
 (Si pace modo licet tua) quid feceris  
 Rebus in his, uel non feceris. PY. Ho, quasi uene  
 Factorum redditurus rationem tibi, (rim huc  
 Aut quasi deceat te à me tale quid inquirere.  
 PHI. Vtrum autē magis obsecro decet, an ut sce-  
 Te perpetratis affinem credamus, ut (leribus  
 Fert rumor populi, an innocentem in omnibus?  
 PY. Vtrūlibet. PHI. Quid ais? Non curas qd ho-  
 De te loquant, sentiātue? PY. Nō moror, (mines  
 Quid sentiatis uos de me, aut loquimini,  
 Qui recte sentitis nihil, nec loquamini.  
 PHI. Eia, non sic inter nos agere conuenit.  
 Absq; ira agamus, si licet, & conuiuijs.  
 Si non fecisti, suspicionem etiam amoue,  
 Tot coram uicinis nostris præsentibus.  
 Ut de te sentiamus omnes candidè,  
 Sin fecisti, dic quas ob causas, obsecro,

Isthuc

ACTVS QVINTVS.

Isthæc crudelia facere animum induxeris.

PY. Quid uobis eueniat, nihil ad me pertinet,

Non sum de uestris sollicitus prouincijs,

An aqua, an igni pereant, Mearum ego gero

Curam rerum, uos itidem uestrarum, ut lubet,

Vos gerite. PHI. Laudo. Vos illos producite.

ST. Hem, quid uideo princeps? PY. Deus illos  
perdat. Ut

Omnia manifestet, timeo. PHI. Quid nunc dicitis?

Eece uirum, quem insimulastis facti facinoris.

Nunc ueritatem in conspectu dicite palam,

Quis conduxit uos ad facienda incendia?

PO. Iste ipse Pyrgopolinices. PH. Nondum hoc satis.

Dic etiam tu. PY. Pyrgopolinices. PH. Quid tu ais?

PHL. Non nego. Pyrgopolinices fecit. PH. Iam

Reducite illos. Audis nunc uicine, quid (sat est

Isti aduersum te testentur. Quoniam igitur

Verbum omne in ore trium firmatur testium,

Fidem faciunt, ut credamus, te facinorum

Esse ducem, argumentis nisi te firmissimis

Purgaueris, aut causam docueris, qua minus

Istis credi debeat, aut possit. STR. Obsecro

Abeamus

ACTVS QVINTVS.

47

Abeamus princeps. PY. Nequaquã, sat uirium  
 Habeo, factum ut tuter meum, aut utcunq; sit,  
 Manebo tamen Pyrgopolinices. STR. Optime.  
 PY. Quid autem est, etiamsi fatear fecisse me?  
 PHI. Quid? Non functus es officio principis boni.  
 PY. Ego uero obedieter me, & recte scio  
 Fecisse. PHI. Papæ. Quo pacto? PY. Si scire cupi  
 Hæretici estis, et idcirco perdēdi ignibus. (tis,  
 PHI. Isthoc quidem nos appellatis nomine,  
 Sed qui scis? PY. Ohrogas? Romanus Pontifex,  
 Episcopi, Monachi, atq; Ecclesiasticus  
 Ordo omnis, Cæsar, Ferdinandus, & alij  
 Complures reges terrarum, atq; principes  
 Vos pro hæreticis habēt. PH. Habeant uicine, sed  
 Putasne illos censores esse idoneos  
 Doctrinarū, hæresumq;? PY. Quid ni? PHI. Nos  
 Id diceremus, ni constaret omnibus (quoq;  
 Quam non secundum scripturas sacras, neq;  
 Secundum primam iudicent Ecclesiam,  
 Sed commodo suo, suisq; affectibus,  
 Et uentri, & assuetis prauis Ceremonijs  
 Indulgeant nimis, ut nequeant discernere,

Quæ



## ACTVS Q. VINTVS.

Quæ uera, aut falsa sit doctrina, quid hæresis,  
Quid impium, aut secus sit. Et, si unq̄ hoc quidem  
Tempore satis, superq̄; intelligi potest.  
Quam summi, ac infimi delirent perditæ,  
Quum rerum esse uolunt diuinarum iudices,  
Suo ingenio, suoq̄; solum spiritu,  
Non inducentes animum tantummodo sacra  
Audire uelle præ cunctis oracula.

Vos fermè omnes Patrum defenditis uias,  
Monarchiam Papatus, ac pugnantia  
Contra fidem, contraq̄; Christum dogmata,  
Monachatum. Diuorum cultum, atq̄; cætera,  
De quibus accurate haud iam est dicendi locus,  
Contra Scripturas, & manifesta oracula.  
Quæ Apostolicus, Propheticusq̄; prodidit  
Spiritus, ut ipsum etiam spiritum, & oracula  
Iam dudum hæreseos arguere uideamini,  
Ne dum nos, qui illis potius parère uolumus,  
Quam sexcentis Paparum inuentionibus.  
Existimate autem Turcas, ac Tartaros  
Eodem, quo uos, rebus de cœlestibus,  
Cultuq̄; Dei iudicio posse statuere.

Sed

## ACTVS QVINTVS.

49

Sed posthabitis, & neglectis uerbis Dei,  
 Neq; illi, neq; uos humana sapientia  
 Quidquam uere pium, ac certum statueritis,  
 Sed hæc frustra tecum fortassis disputo.  
 Finge autem nos hæreticos esse, quid (malum)  
 Tua id, aut aliorum refert? Num damnaberis  
 Pro nobis? Num minus quiduis credere potes,  
 Nobis non eadem tecum sentientibus?  
 Num tibi, tuisq; obstamus, quò solui minus  
 Papisticis uestris fiatis cultibus?  
 Docemus nos Scripturis consentanea,  
 Quibus & consentit cordis testimonium,  
 Si libet amplectimini, sin aliud collibet,  
 Pace id licet nostra. Suademus, uti decet,  
 Non cogimus quemq; uestrum, nec his quidem,  
 Qui uersantur nostris in prouincijs  
 Vim facimus. Manifestos tantum deleuimus  
 Abusus quosdam, & cultus Christi gloriæ  
 Aduersantes, ut quæstus est Missarius,  
 Pharisaismus monachorum, diuorum impius,  
 Et uarius cultus, cœlibatus sordidus  
 Sacerdotum. Quis hæc tam impia, & his similia

G Pab.

ACTVS Q. VINTVS.

Publicitus abolita esse repræhendat, nisi  
 Prorsum impius, & qui neq; sanorum dogmatum,  
 Neq; honestæ, et Christianæ uitæ ullâ habeat, aut  
 Curam, aut rationē? Repræhendant, Nobis tamē  
 Veterum patrū, ac regum exemplo hæc, & similia  
 In nostris delere congruit prouincijs.

Porro quæ tibi, alijsue fit hinc iniuria?

Cur non etiam hic tuarum duntaxat geris  
 Rerum curam, nobisq; nostrarum sinis  
 Curam, ut lubet, gerere? Cur nos demum ignibus  
 Præ cæteris solus uastare cogitas?

Quid fecimus tibi. PY. Non meum est negotium  
 Solius fidei, & Romanæ istis seruiō

Ecclesiæ. PH. Cui fidei quæso? PY. Catholicæ.

PH. Erras Pyrgopolinices, factis talibus

Seruire Catholicæ fidei nunq̄ potes.

Vera fides iusticiam, pacemq; postulat,

Dilectionem proximi, tolerantiam,

Modestiam hominibus quoq; patentem omnibus,

Etiã si uicinos haberes Tartaros.

Formica autem citius pareret Lucam bouem,

Quã te his conspiceremus operam dare studijs.

Nam

## ACTVS QVINTVS.

45

(Nam dicam, quod sentio παρρησιασικῶς)  
 Goslarienses occidis, ueexas, rapis,  
 Fictis causis, diuina, & humana uiolas  
 Iura, animusq; in mala contendit inques  
 Semper. Nobis quoq; clanculum insidias struis,  
 Plurimaq; iam curasti fieri incendia.  
 Multorum hominum res perdidisti funditus,  
 Nec res solum, sed & corpora uiuentia  
 Aut mutilasti, aut penitus extinxisti ignibus,  
 In summasq; calamitates nulla iniuria  
 Lesus multos redegisti bonos uiros,  
 His te uicine optime nobilitas sceleribus,  
 Quibus quidem catholicæ impietati potes,  
 Et Romanæ (uti facis) seruire Ecclesiæ.  
 Te fidei autem nauare operam, dicas cane,  
 Nisi Turcicam, aut Tartaream intelligis fidem.  
 PY. Immo nostram antiquam, ueramq; intelligo,  
 In qua baptizati, educatiq; sumus a  
 Cunabulis, cuius uos estis apostatæ  
 Iam facti. Eam ego totis defendam uiribus,  
 Ab eaq; desciscentes semper persequar.  
 PHL. Egregia uero, & antiqua fides, qua licet

ACTVS Q VINTVS.

Huiusmodi uobis operam dare operibus,  
 Latrocinari, ciuitates perdere,  
 Exurere uicos, iugulare homines quoslibet.  
 Hanc illius fidem arbitror esse, qui fuit  
 Homicida ab initio, qui nunq̄ perstitit  
 In ueritate. Quamuis, quam dicas, sciam,  
 Papisticam nempe. Hanc soletis iugiter  
 Antiquitatis appellare nomine,  
 Quasi etiam ipsis sit Apostolis antiquior,  
 Aut impietas antiqua ualere debeat.  
 Quod sumus in hac baptizati, utcunq̄; serimus,  
 Ad educationem quoq̄; necessitatis  
 Nos tulit, haud arbitrium, ut uocatis, liberum.  
 Cur autem, rogo, uocatis nos Apostatas?  
 Quid debemus Papatui? obedientiam?  
 Quamq̄ nullam Papatui iurauimus,  
 Tamen audientes essemus dicto, in uia  
 Apostolicorum si maneret dogmatum,  
 Nosq̄; ad Iesum Christum, cui iurati sumus,  
 Duceret. At de Christo Papatui non agit,  
 Nec uos regni Papistici satellites,  
 Sed propter impia dogmata, & monarchiam

## ACTVS QVINTVS.

50

Funestam, atq; monachorum pestilens genus.  
 Et propter Iudaicas quasdam ceremonias,  
 Nostrum percupitis exorbere sanguinem,  
 Tyriaq; quod ferunt, maria in nostrum caput  
 Citatis, atq; ita nos ad obedientiam  
 Reducere uultis, quam si praestaremus, haud  
 Causa esset, quin nos unusquisq; diceret  
 Corcebo stultiores. Nonne iure uos  
 Quis dicat plagarios, qui liberos  
 Vobis populos, animasq; nullo quaeritis  
 Subijcere iure? Nihil regno Papistico  
 Debemus. Christi ut liberi sententia  
 Nos tandem in libertatem uendicauimus,  
 Amissaq; postliminij iure recepimus.  
 Eximij autem estis perductores ad fidem.  
 Quibus utimini uijs? quibusue lemmatis?  
 Quod Christianum nobis opus ostenditis?  
 Quo uestra docetis spiritus mysteria?  
 Vias uidemus latronum, de quibus ait  
 Christus, lemmata uiolenta plurimum, & impia,  
 Opera nephanda, nec non sanguinaria,  
 Mundi huius sese ubiq; proferi spiritus

ACTVS Q VINTVS.

In uestra tota aduersum nos Tragœdia.

Hæc quum ita sint, ut præsentēs, atq; posteri, &  
 Crassissimi etiã facile intelligere queant,  
 Vestris tamen nobis illudere nœnijs,  
 Vosq; magistros religionis constituere  
 Audetis. Nimirum docebitis homines,  
 Velint, nolint, uobis parère in omnibus,  
 Ut, tanq̃ trunci, dicant, atq; stipites  
 Romæ decretum est? Hoc placuit Episcopis?  
 Norunt homines, norunt satis mihi crede  
 Romanas imposturas, atq; facinora,  
 Experti sunt suo damno, ac periculo,  
 Quam mores, & doctrina omnis Papistica  
 Non animas conseruare, sed disperdere  
 Quæsierit, quæratq; hæcienus, atq; neutiq̃  
 Hominum salutem, sed futiat pecuniam,  
 Quamuis interea de domini nugemini  
 Inconsuuli tunica, aut fidei concordia.  
 Tunica sarciretur, confestimq; fieret  
 Cupita à uobis omnibus concordia,  
 Si Papa, si Monachis, si Cardinalibus,  
 Si Curtisanis, alijsq; impostoribus

Vellemus

ACTVS QVINTVS.

51

Vellemus esse in prædam, ac pro indulgentijs  
Romana, ut olim, sarciremus scrinia.

Hæc cum nolumus, hostes dicimur Ecclesiæ,  
Hærenti, seductores, aliaq; plurima.

Quid hostile aduersum fecimus Ecclesias?

Cui uestrum fidei causa unq̄ fuimus graues?

Vbi, quæ debuimus, non præstitimus Cæsari?

Vbi non uicinos debite obseruauimus?

Et hic profecto deberetis cernere,

Si modo luor, & odium quidq̄ cernere sinit,

Quàm uobis sumus iustiores, qui tamen

Toti orbi uultis regulas præscribere.

Nam & uos nobis ter hæretici uidemini,

Cui uestrum tamen ex fidei causa quidpiam

Ademptum est? Quos adorti ui hostili sumus?

Quos duximus captiuos? Quos occidimus?

Quos populauimus agros? Quas inflammauimus

Vrbes? Quos uicos igni deuastauimus?

Quas clanculum uobis insidias struximus?

Hæc uestra sunt omnia, non nostra. Vos doces

Isthæc Euangelium uestrum Papisticum?

In multis uicis, atq; ciuitatibus

G 4 Facies



ACTVS Q VINTVS.

Facies est rerum propter uos miserrima,  
 Lugent senes, atq; pueri, æque publicas,  
 Ac priuatas deplorantes coram Deo  
 Calamitates, ac misérias, quas sustinent  
 Euangelica uestra propter κατ' ορθώματα.  
 Possemus nos quidem tantis ire obuiam  
 Iniurijs, & par, iuxta prouerbium,  
 Referre pari, sed uobis cedere malumus  
 Malicia, & iniquitate, quam facere aliquid  
 Nobis indignum & imperio contrarium.  
 Hæc tibi, alijsq; sunt responsa pariter.  
 Priuatim autem à te quæro, Cur papistici  
 Furoris, atq; odij solus prouinciam  
 Hanc fueris aggressus præ cæteris, neq;  
 Principe dignam, neq; uicino. PY. Plurima quidẽ  
 Tu frustra uerba facis, multisq; disputas,  
 Ut hæreticorum mos est, hoc uero breuiter  
 Respondeo. Quoniam hæretici estis, non potest  
 Vobis fieri quicq; quod non iure optimo  
 Fiat, neq; me meorum factorum piget,  
 Quæ feci, etiam deinde facturum autumo.  
 Ecclesiæ est negocium, cui debitam

Solus

Solus scio recte impendere obedientiam.  
 PH. Hoc uere est, quod dicunt, Deorum concio.  
 Porro cum ita erat decretum tibi pro Ecclesia  
 Inauditis antea agere sceleribus, atq; te  
 More hostili plane nobis opponere,  
 Cur non apertum missis scœcialibus  
 Nobis bellum indixisti, quod gentes tamen  
 Facere solēt. PY. Nihil necessū erat. PH. Audio.  
 Videlicet, ne iretur obuiam tibi,  
 Placuit latrocinium, ante ut multos perderes,  
 Quam te hisce præditum uirtutibus homines  
 Resciscerent. PY. Quid multis opus? Ita placuit  
 Sanctissimo Papæ, & quibusdam Episcopis,  
 Qui non possunt errare. PR. Præsertim in crucē  
 Suffixi clauis. Age uero, quando putas  
 Episcopos, Papam, teq; & similes iui  
 In tam manifestis non errare sceleribus,  
 Propter quæ conspueremini etiam à Tartaris,  
 Nedum à Christo, atq; honestati addictis uiris.  
 Vis iudicio experiri, homines cuiusmodi  
 Sitis habendi, qui isthæc ad hunc facilius modum?  
 PY. Enimvero, si quid publicitus uos inuat

ACTVS QVINTVS.

Proscribi, iudicium haud ego detrecto quidem.  
 Huc mecum ad iudicium cameræ. PH. Videlicet.  
 Ad similes nos tui uocas, Papisticæ  
 Insaniæ executores, ubi plurimum,  
 Ut lupus apud lupos, uales, quos nouimus  
 Si nos possent perinde, ut uellent, tollere,  
 Lucem nemo nostrum uideret crastinam, ut  
 Goslariensium declarat fabula,  
 Quare consultum non uidetur, ut lupi  
 Iudicium oues subeant, nostrasq; iniurias  
 Queramus apud nouercam. Ad ipsum Cæsarem  
 Eamus. PY. Non Cæsaris, neq; alicuius est  
 Hominis Pontificem iudicare, & Episcopos,  
 Vel eorum opera. PH. Satis loqueris Papistice.  
 Sed si hominum iudicia fugitis, Ad iudicem  
 Age Christū eamus. PYR. Ad suspectū scilicet.  
 Non conuenire nostris, scis, Episcopis,  
 Et Papæ cum Christo, idcirco illum deligis.  
 Nolumus autem regnare illum super nos, neq;  
 De nostris unq; factis ferre iudicem,  
 Meam tibi breuiter dicam sententiam.  
 Si facta nostra displicent, & conqueri

Lubet

Lubet, ad iudicium mecum ite Camerarium.  
 Faciam ego maioribus uti iudicemini  
 Obnoxij, digniq; calamitatibus,  
 Quam quas huc usq; sustinuistis. haud licet  
 Aliam à me factorum rationem consequi.  
 Dixi Philaethes. PH. Tu aliam tamē ingratus  
 Aliquando alibi rationem reddes integram,  
 Nisi te solum rebus, Christo exacto, Deus  
 Præfecerit, & Satanae subiecerit omnia.  
 Dixi Pyrgopolinices. PY. Sequere huc me Stra.  
 Ita agūt, quasi ego Pyrgopolinices non siē, (hæc  
 Nec illos ausum, nec Deum contemnere.

PHILAETHES, PROBUS,  
 Cœtus principum.

Aditis amici, qualis iste sit Thraso.  
 Quam nihil hæbat frōtis, geniq; boni iuri,  
 Infanda, & inaudita prius in Germania,  
 Immo in toto orbe commisit scœlera, haud tamen  
 Vllus illum pudet, neq; pœnitet, neq;  
 Iudicium iusti alicuius ferre sustinet,

Papistis

ACTVS Q VINTVS.

Papiftis adeo fretus phalangibus,  
 Quæ diuina, ac humana inuertunt omnia, &  
 Sefe in quamuis detestandis maleficijs,  
 Quoties, & ubi libet, iustos pronunciant,  
 Et iam non multum abest, quin nobis omnibus  
 Lucem non lucem, & tenebras non esse tenebras  
 Conentur persuadere, Illos quidem Deus  
 Dignis suo tempore donabit premijs,  
 De Pyrgopolinice autem, qua sententia  
 Dignus sit, scire uelim. Dic Probe, quid censeas.  
 PRO. Nō est æquū, Princeps, in tanto Principū  
 Cœtu me primum dicere. Quin & Christi erit  
 Iudicium tam de isthoc, quàm alijs de similibus.  
 Periculum quoq; est, ne de hoste iudicēs  
 Parum uideamur æqui, legitimiq; & in  
 Non subiectum si dixerimus sententiam,  
 Parui habeatur momenti, PH. His cautionibus,  
 Atq; alijs omissis subtilitatibus,  
 Circa illum, omnes qui ferre recusat iudices,  
 Præter suorum promotores facinorum,  
 Dic ingenue, quid censeas. Nil iudici  
 Hinc decedet Christo, neq; isti principes.

ACTVS Q. VINTVS.

Te, scio, pronunciaſſe primum ægre ferent.

PRO. Quando ita placet, dicã p̄ me, nulli uolẽs

Præiudicatum, ſi quis quid habet iuſtus.

Quia Pyrgopolinices infandis ſceleribus

Seſe contaminauit, inq; plurimis

Vicis parauit, & oppidis incendia

Quibus latronum more plurimos neci

Homines, pecoraq; dedit, præter quod perdidit

Inſinitam, nihil leſus, ſubſtantiam,

Neq; factorum quidq̄ pudet, neq; p̄cœnitet,

Similiaq; ſed deinceps facturum autumat,

Dignus uidetur, ut, præſectis unguibus,

Rasiq; ſupercilijs, ac barba, & ſanguine

Miſſo, ex albo plane eradatur principum,

Et igni tandem, gladio, hoſtiliue pereat,

Exemptus è uiuis, in tartareum ſtatim

Inijciatur Pyriphlegetontem, aut Cerbero

Tradatur laniandus ſemper, & in ſæcula.

PHI. Amẽ. COE. Amẽ. PR. Si uobis hæc ſenten

Placet, placeat quoq; una ſpectatoribus, (tia

Dicantq; Amen ad huius finem ſabulæ.

Chorus

## CHORVS.

Sapphicum.

Christe, sic nostri pereant, tuiq;  
 Siue mundus, seu Satanas, precamur,  
 Perfidi hostes, ut populus perennes  
 Concinat hymnos.  
 Irruunt in nos furij adacti,  
 Ceu lupi, nostras lacerare carnes,  
 Et suum longam saturare nostro  
 Sanguine auentes.  
 Haud tamen causas alias ob ullas,  
 Quam tuum uerbum quod amamus ultra  
 Præua Papatus, Satana magistro,  
 Dogmata structa.  
 Gnauiter rursus Babylona firmant  
 Cæsarum ductu, manibusq; regum,  
 In suas ut nos redigant cathenas  
 Denuo captos.  
 Frange conatus petimus nocentes,  
 Hostium durum quoq; tunde pectus,  
 Aspidum præsens remoue uenenum  
 Christe redemptor.

Ne

CHORVS.

Ne sibi plaudat male sana turba,  
Dicat & sancto potiora uerbo,  
Quæ suis mundus docuit tenebris,  
Ingenioq;

Tilos.



A 2241223

OCN 7291889711